



**Apologia pro reverendiss. et Illustriss. Principibus Catholicis,  
: ac aliis ordinibus Imperii adversus mucores & calumnias  
Buceri, super actis Comitiorum Ratisponæ. Apologia pro  
Reverendiss. Se. Ap. Legato & Cardinale, Gaspare Contareno.**

<https://hdl.handle.net/1874/423855>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

**E** oct.

**416**

U.B.U.






E oct.

全 16

U. 16







*[Faint, mostly illegible handwritten text in a Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words like "et", "in", "de", "et", "et", "et" are faintly visible.]*

ad omnes quibusque iustis  
delle non penitus arm  
no b h n totu t ma no  
bo b corab ml ovu qe  
mde par q anque on m  
yphobu y . d . n . n . y . y . u . e .  
dahu yna yru lapidige  
Sudm l ho du dnu d . d .  
quumt w p q o o m . u . l e  
dugo b w p m yu o q a  
p h o m g h e n e w w a n  
m m p a t a i d a z o v u y e r d  
o d d m e l o n l a b u y **Q** u i d e  
q u i b h a m o r d q o n q u e d u  
a m o d m a r m t m u z u u y  
t h m o r d i e q q o n u . l q  
m d b . o d d a m a n e m a y n a  
q u r o m d i c a i t a m g h e e t  
l q u y m o n q r a q u e w m  
u g d e o q u e r u m p m n e p  
m l e r u a . o d d m e l o n d e  
r o y m m e d l i m u d m a y  
n a r o . u m n t m e m o d u e  
q u i h o n e q u a n e d l b n  
o d m q u m a y d a r u m m y q  
m t r a q u a y e l l r a o v i n g u  
d p m s o y t r o p a n e n t a  
k o y m m o r o b m o n m y  
o n d o p u b r o y m a u d t r o p a  
v i n g u r a q h . r a o v i n g u b a  
d n e d e l t v i o r i p o l e r o y

Est liber Huberti da cognou Buchell

416

Theologia

Octavo n<sup>o</sup>. 416.

gestawend 24.6.1991

N. 10. C.

# APOLOGIA

PRO REVERENDISS. ET

Illustriss. Principibus Catholicis,  
ac alijs ordinibus Imperij ad-  
uersus mucoros & calum-  
nias Buceri, super actis  
Comitiorum Ra-  
tisponæ.

APOLOGIA PRO

Reuerendiss. Se. Ap. Legato  
& Cardinale, Gaspare  
Contareno.

Ioh. Eckio autore.



*Ex Am. Buzelii*

ANTVERPIÆ

apud Io. Steelsius

An. 1542.



ELENCHVS CONTENTORVM  
in hoc libro.

- A**nnotatio Buceri in propositionem Diui Imp. im-  
probat. Fol. 6.  
Liber ab Aug. Imp. collocutoribus oblat. Fol. 10.  
Adnotationes admonitoria super eodem lib. Fol. 43  
Examē Artic. protestantiū cōtra præfatū lib. Fol. 73  
Responsum Catholicorū principū super colloqu. 105  
Confutatur adiectio Buceri, Fol. 106.  
Scriptum. I. Se. Ap. legati super colloquio. Fol. 107.  
Scriptum. II. admonitorium ad archiepiscopos &  
episcopos, Fol. 108.  
Sententia Imp. super recessu Comiciorum. Fol. 109.  
Adiecta maleuole per Bucerum confutantur. Fol. 111.  
Responsum principum electorū datum Imp. Fol. 116.  
Responsum catholicorū principum sub obedientia Ro-  
manæ ecclesiæ. Fol. 116.  
Adiecta per Bucerum responso Electorum, reiiciun-  
tur. Fol. 119.  
Confutatio calumniarum Buceri in Catholicos prin-  
cipes per .xxi. puncta, Fol. 122  
Catalogus principū Ecclesiæ Ro. obedientiū. Fol. 143.  
Apologia pro Reu. Se. Ap. legato Contareno. Fo. 145.  
Hæreticos iuste occidi & comburi. Fol. 157. 158  
Cribrantur edita à Bucio sub Mel. nomine. Fol. 173.  
Amica & mitissima responsio Eckii ad accusationem  
D. Pflugii & Croperi. Fol. 183.  
Epistola Eckii ad Illustres dominos A Granuella &  
Prata. Fol. 190

E. Oct. 4/16

# BEATISS,

PATRI S. D. N. PAVLO III.

Sanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ

Pont. Opt. Max. Sacri quoque col-

legij Reuerendiss. patrib. Se. Ap.

Cardinalib., Episcopis, præf-

byteris, & diaconis, Dei gra-

tiam ac felicitatem, de ho-

stibus Ecclesiæ trium-

phum optat.



Beatissime pater, summe Præsul, ac pa-

tres amplissimi, D. noster Iesus Chri-

stus, qui est uia, ueritas & uita, promi- Ioh. 14

sit se ædificaturū Ecclesiam suam super

petram: ubi et unitatem ecclesiæ definiuit: licet enim

per uniuersum orbem plures fuerint ecclesiæ: hæ ta- Math. 16.

men nisi unitatem seruent cum ecclesia Romana, non

sunt firmæ et stabiles: imò nō sunt ecclesiæ. Vna enim

est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ: id-

circo saluator noster ait, ædificabo ecclesiā meam, non

dixit ecclesias meas. Nam etsi singuli apostoli suas Cant. 1

habuerint ecclesias: una tamē duntaxat cathedra est Vnitas ec-

clesiæ. in ecclesia Dei. sicut B. Gregorius ad Eulogium scri-

psit tres esse sedes, Romanam, Antiochenam, & Alex Greg.

andrinam, sed unam tantum cathedrā, per quas omnis

ecclesia colligatur. Id quod Optatus Mileuitanus egre Optatus

PRÆFATIO AD S. D. N.

August. *Augustinus meminit libro primo contra Parmenianum (cuius & di-*  
*uus Augustinus meminit libro primo contra Parmenianum. c. 3.) Cathedra una est: & negare non potes, scire te in urbe Roma primo Cathedram esse collocatam: in qua sederat omnium apostolorum caput Petrus: in quo uno, cathedræ unitas ab omnibus seruaretur: ne ceteri apostoli, singulas sibi quisque defenderet: ut iam schismaticus esset, qui contra unam cathedram, alteram sibi collocaret. & infra. Angelus qui datur ecclesiæ, ei non coniungitur, qui se cathedræ Petri non coniungit. Et concors & unanimes est illa omnium sanctorum sententia, S. Cypriano martyre dicente: Exordium ab unitate profisciscitur, ut ecclesia una monstretur. Hanc ecclesiæ unitatē, qui nō tenet: dei legem non tenet, non tenet patris & filii fidem, uerbū nō tenet salutis: Omitto, quod Athanasius idcirco Romanam ecclesiam, matrem & caput dixit omnium Ecclesiarum, apostolicam dicit sedem & summam, in summitatis arce constitutam, cui Deus præcepit curam habere omnium ecclesiarum. Leo, Hirenus, Ambrosius, & alii multi tam multa in eandem sententiam scripserunt.*

Firmitas ecclesiæ. Math. 7  
 Et nedum unitatem ecclesiæ, sed etiam firmitatem saluator noster testatur: cū ait. Et super hanc petram firmam s. & stabilem ædificabo ecclesiam meam, non super arenam, ubi descendit pluuia, flauerunt uenti, & irruerunt in domum, & cecidit: nam aliæ ecclesiæ non sunt ædificatæ super petram, nisi per Romanam: ut di  
 ser

ferte inquit Pelagius Papa diui Augustini autoritate. Pelagius  
 Etenim cum sicut dicimus ecclesia una sit, nullã aliam August.  
 esse constat: nisi quæ in apostolica radice est fundata:  
 à quibus ipsam fidem uniuerso orbe propagatam esse,  
 non potest dubitari. Et expressius est quod B. Gregor. Gregoriã  
 inquit ad Eulogium Alexandrinum: Quis nesciat san-  
 ctam ecclesiam, in apostolorum principis soliditate fir-  
 matam, qui firmitatem mentis traxit à nomine, ut Pe-  
 trus à petra uocaretur. Hinc florentiss. Episcopus Am-  
 brof. renarrat: Aduocauit ad se Cyprianus Episcopum Cypria.  
 Satyrum, percunctatusq. est ex eodem: Vtrum nam de Ambros.  
 catholicis episcopis esset, hoc est, si cum Ro. ecclesia con- 24. q. 1.  
 ueniret. Subdit cõtra Luciferianos, etsi fidem erga De- aduoca-  
 um tenerent, tamen fidem erga Ecclesiam Dei non tene- ut.  
 bant: cuius patiebantur, uelut quosdam artus diuidi  
 & membra lacerari: Nam ob eandem Ambro. causam Lib. 1. de  
 Nouatianos damnat schismaticos dicens: Non habent pœnitent-  
 iam Petri hæreditatem, qui Petri fidem non habent, quam tia.  
 impia diuisione discerpunt.

At quorsum hæc Beatiss. Papa, ac amplissimi Patres,  
 quæ omnibus ueris catholicis sunt obuia & notissima?  
 ut ostenderem, quàm iniqui & impii sunt desertores fi-  
 dei & ecclesiæ, ex nostris per duelles, qui omnia superi-  
 ora carbone notant, nam Ludder cyrbes & ilias malo-  
 rum, id quod omnes hæretici fecere, caput ecclesiæ sum-  
 mum pontificem, & Romanam inuasit ecclesiam: cum  
 tamen omnes hæretici experti fuerint adeo curæ esse  
 Deo ecclesiam suam, ut priuilegium ecclesiæ Romanæ



PRÆFATIO AD S. D. N.

inexpugnabile, semper tutatus sit contra inobediētes Imperatores, Reges, Episcopos, Vandalen, Pighardos, Armenios, Græcos, & alios rebelles: autoritate

Nicol. Ppa. enim Christi fulcitur priuilegium istud, ait Papa Nicolaus, quem Platina unicum dicit in omnium genere

Luderani uirtutū exemplum. Quod etsi semper hæctenus Zuin & totam Ger- gliani & Ludderani conati sint: nunquam tamen ita

maniã uel- aperte ulcus schismatis aperuerunt, ut in proximis

lent schis- his Comiciis Ratisponæ, ubi toti Germaniæ discessionē

maticam. à Se. Ap. suadere nitebantur: hoc est, mundum quan-  
tocius destruendum, & Antichristum accelerandum:

Lactantius Lactantius scribit lib. 7. Institutionum diuinarum.

Roma sta- tuendum: At uero cum caput illud orbis ceciderit, & bilis. esse ceperit, quod Sybillæ fore aiunt, quis dubitet

uenisse iam finem rebus humanis, orbique terrarum?

Ista est ciuitas quæ adhuc sustentat omnia, præcan-

duſque est nobis Deus cæli & adorandus est, ne citius

quàm putemus, abhominandus ueniat: qui tantum fa-

cinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius interitū

Mach. 8 mundus ipse lapsurus est.

Tempestates huiusmodi passuram ecclesiam, in si-  
gura ostensum est Petro in mari periclitanti, & Chri-  
sti uerba ad Petrum post promissam ædificationem ec-  
clesiæ, etiam si non exprimant: tamen euidenter per-  
turbationes ecclesiæ adfuturas indicant, dum ait: Et

ET COLLEGIUM CARDINAL. 4

portæ inferi nõ præualebüt aduersus eam: Nam satis Mathæi 6<sup>o</sup> erat testari, portæ non præualebüt, ut bellum portas moturas aduersus ecclesiam significaret. Portas autem inferorum esse hæreticos certissimum est, ut commode & erudite Hieronymus, Cirillus, & Theophylactus Hier. explicant: cum tot nullia hominum per hæreses ad inferos descendant: quàm multos retulit hæreticos Philaster Brixien. plures memorat Augustin.: Maiori numero complexus est eos Isidorus Hispalensis, & nostris temporibus accuratissime Lucelburgius & Alphonsus Zamorensis, de Castro omnes sectas descripserunt. At omnium quotquot meminert, uictrix fuit ecclesia, non præualuerunt Ebionitæ, Arriani, Nestoriani, Donatistæ, & reliqua cohors. Ecclesia uero apostolica perseuerat inuicta & triumphauit, etiam de hæreticis nostris uictoriam indubie habitura: quia portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam Petram.

Quod si omnes in Christo baptisati, & qui Christum induerunt, serio expenderent, uitam in Petra ecclesiæ solidarent, non paterentur se à schismaticis seduci: uelut B. Gregorius Theodelindam reginam Longobardorum instruxit. De beati Petri apostolorum principis ecclesia ait, nullum scrupulum dubitatis habeatis: Sed in uera fide persistite, & uitam uestram in petram ecclesiæ, hoc est in confessione beati Petri apostolorum principis solidatæ.

Et profecto iuste in memoriam sanctæ mulieris Theodolindæ uicidi, tantopere ab Illustribus uiris Laudatæ Baudar

nam ipsa Garibaldi Boiariæ regis filia fuit, soror  
 Paulus Thassilonis senioris. Et ob uitæ sanctimoniam B. Gre-  
 diaco. gorius ei libros Dialogorum direxit, ut Paulus diaco-  
 nus de gestis Longobardorum testatur: Nam uirum  
 Agilulfum ut pacem faceret in Italia induxit, & Chri-  
 stianum fecit: ut multas possessiones ecclesiis largire-  
 tur, & episcopos ad pristinae dignitatis honorem re-  
 stitueret, & Christianis omnibus clementiam, pacem,  
 Ut in ca & defensionem exhiberet.

atalogo Hanc uiraginem deuotissimam Bauaram, excellen-  
 libri. tissimi principes Bauariæ etiamnum deuotione sua in  
 Haidel- Ap. Se. imitantur: Nam etsi plures alii in Germania  
 bergum inueniantur Principes Catholici, ut Moguntinus Car  
 Monachi dmalis, Treueren. Brunswicen. Lotaringus, Iulia-  
 um. Lads cen. & alii: tamen Bauarici sanguinis Principes in  
 hutam. obedientia Se. Ap. nemini cedunt: Ut qui antiquitate  
 Amber- tituli ducalis reliquos tempore antecedunt (nam ple-  
 gum. raque familiae ad fastigium illud ascenderunt tar-  
 Nouum dius) à quo etiam nunquam exciderunt, breui tempo-  
 forum. re excepto, quo comites Altorsen. dicti Guelphones,  
 Neobur per fauores Imperatorum Henrici. 4. Lotharii, &  
 gum. Cunradi intrusi fuerunt in Bauariam, statim tamen  
 Lengen- Ottone Vuitelspachio Bauarorum nobilissimo ( unde  
 feldium. Bauariæ duces & Comites Palatini Rhemi omnes ho-  
 Simerinū die prognati sunt, à Friderico Barbarossa ad pristi-  
 Mosba- nam dignitatē restituto: hanc perpetuo hactenus sta-  
 chium. bilem retinuerunt: Quo factum est, ut plures nume-  
 Spābaim ro sint principes in illa familia à Elu ( ut dici solet)

ET COLLEGIVM CARD. §

regentes quàm in aliis : & multitudinè quoque domi-  
norum, & regionum illustriores (Austriacos semper  
excipio) ceteris existant : nam Danubium ex Bava-  
ria transgressi partem Sueniæ suam fecerunt, & to-  
tum ferme agrum Noricum usque ad fauces nemoris  
Bohemici : Et Palatium Rhem adepti, totum ferme  
Ottonis nemus possederunt cum pluribus oppidis tra-  
ctu Rhem usque ad Boppardiam sitis : & Rheman  
supergressi inferiorem Alsatiam suam fecerunt, Se-  
busios, Obrincam, uulgo hodie Hundsruckum dicunt,  
cum aliis dominiis.

Quapropter omnes Catholicos Principes Germaniæ  
& in primis nobilissimos Bœariæ principes, traduxit  
Bucerus, famam eorum proscidit in farragine nuga-  
rum suarum, quod ab orthodoxa fide nollent ad la-  
tum unguem recedere, aut à Sed. apostol. obedientiâ  
discessionem acceptare: quomodo enim petram relin-  
querent? quomodo Ecclesiam desererent catholicam?  
& Cathedram Petri, propter uentum Aquilonarem,  
portas inferorum, quas sciunt Christo duce, ecclesiæ  
non prauallituras. Ne autem simplices titubarent in  
fide, si nemo ex Catholicis responderet nugis Bucera-  
nis : ex zelo fidei & ob honorem Se. Ap. ac Illustrissi-  
morum Germaniæ principum ei adherentium, hunc sus-  
cepi laborem, et si non ignorarem me pellem caninâ ro-  
dere in Bucero: In quo repulsa primo nebula Bucina, li-  
brum à Cæsarianis oblatum adnoto: ut pius quisq. uide-  
at, principes Catholicos, iuste librum istum repulisse.

Secum

Julius  
-III  
-III  
-III  
-III

Secundo diuersariorum articulos (quod collegæ mei  
omiserunt) examinari à prora & puppi, ut euidens  
sit cuique, eos cum uerbis iactent pietatem, re ipsa ta-  
men perfidiam serere moliantur: At quia calumnia-  
tur Bucerus catholicos Principes, imò ipsum Reue-  
rendissimum Se. Ap. Legatum, quos à maledicentia  
Buceri uindico.

Quarto autem accusationem quandam mei, beneuo-  
lenter, non excutio, sed quasi reuideo. Seruuii CHRIS-  
T O, seruuii Se. Ap. & tibi pontifex Max., ac Car-  
dineo senatui, meis Principibus Bauariæ, quid dico Ba-  
uariæ? imò omnibus nobilissimis principibus Catho-  
licis ac toti Christianitati: Non enim cupio Pancra-  
tastes haberi, aut Megarensi lapide celebrari: sed Deo  
placuisse & ipsissimæ ueritati fidei. Tantum enim di-  
xisse uolui, quantum tu Pontifex in sede Petri  
cum tuo Reuerendissimo Cardinalium  
orthodoxo cœtu probaueris, reli-  
qua expuncturus iussu tuo.

D.O.M. sanctitatem  
tuam, & Cardi-  
neam amplitudinem,  
tueatur & dirigat. Ingold  
stadii. 1541. in decemb.

E. S. ac R. Pp.

obseq. sror. Io. Eckius.

Vuilhel.  
dux Ba-  
uariæ &  
Ludo.

Scriptum. j. Diui  
CÆSARIS, CVIVS MEMINIT  
BVCERVS.



ARRAT delectos esse  
eruditos ab utraq; parte,  
qui deliberet, qua ratione  
articuli dissidetes concor  
dari possent: sic tamen ut  
actu per collocutores nul  
li parti præiudicaret: sed  
sine fraude ad Imper. Ma  
iestatem, ac ordines Imperii referretur.

Ad hæc sua Maiestas eis librum obtulisset, in quo  
media continerentur conciliandi articulos: ac auscul  
tatores ordinasset: quò omnia, quæ aliquid momenti  
haberent, consignarentur.

Notula Eckij.

Facile adducor Cæs. Maiest. illa sic proposuisse: **I**  
at uiderit Bucerus, cur postea tam instanter ur- Colloquiũ  
geat articulos quos uocat conciliatos, ab omnibus sine præiud  
catholicis principibus recipiendos: cum duo tantum dicio par  
fuerint collocutores, nõ magni nominis in Theologia: tium.  
quorum sententiæ totus ordo episcoporum ac princi  
pum aliorum catholicorum cedere deberet: cum Cæs.  
Maiestas cauerit, ne ulli parti colloquium præiudica  
ret: sed posterius Buceri dolos manifestabimus.

Quod

LIBER PROPOSITVS

2 Quod Imp. Maieſt. libri meminit ſibi commendati,  
 Liber plus uereor ne ſuæ Maieſt. liber iſte plus laudatus ſit, quàm  
 æquo lau- par erat: quod ſi ſuos Theologos Hiſpanos ſolum adhi-  
 datus. buiſſet, non dubito mutaffet ſententiam: & clare intel-  
 lexiſſet librum iſtum ſuæ Maieſtati obtruſum, plus diſ-  
 cordiæ aptum, quàm concordiæ: & quod boni princi-  
 pes catholici non poterant bona conſcientia huic far-  
 ragini ſubſcribere.

De ordinatis præſidentibus & auſcultatoribus prae-  
 denter & recte factum. Utinam æqualitas etiam ſer-  
 uata fuiſſet, ut tot adhibiti fuiſſent ex animo catholi-  
 Configna- uata fuiſſet, ut tot adhibiti fuiſſent ex animo catholi-  
 tores collo ci, quot fuerunt diuerſæ partiſ ſequaces: Nam de con-  
 quii. ſignandis colloquii actis ægre fuit prouifum: cum nul-  
 lus fuerit notarius uel ſcriptor iuratus, cui hoc onus  
 eſſet demandatum: licet non deeſſent, qui ſe ingere-  
 rent ad ſcribendum: quali præiudicio catholiciæ par-  
 tis, non attinet in præſentia dicere. At Bucerum ap-  
 pello: eſt ne alicuius momenti aut minus, euchariftiam  
 circumlatam, aut in ciborio ſeruatam pro infirmis, à  
 fidelibus adorari: quia uos negatis manere uere ſacra-  
 mentum: Imò non defuerunt ex ueſtris, qui ſi etiam fa-  
 Luther ad terentur in Euchariftia eſſe corpus Chriſti, negaue-  
 Vualden. runt tamen illud adorandum: Et ſic totam eccleſiam  
 indicatis & condemnatis de impietate Idololatriæ:  
 Vterque articulus diligenter eſt examinatus in collo-  
 quio: uos uero detuliſtis illum ad agmen conſilii prædi-  
 cantium ueſtrorum (non licebat catholicis quicquam  
 mutire de actis in colloquio, uobis omnia fuerunt per-  
 miſſa;

missa, non solum ut ad frequens consilium deferretis, sed etiam ut in omnes angulos uestros, scriptis sparge retis) & post triduanam delibrationem, tam uariae & minime stabiles erant inter uos sententiae, utrumque articulum reiecistis: de quo nulla sit mentio in totius libri tui farragine: Vbi ergo fuerunt consignatores tui?

Bucer narrat modo obedientiam collocutorum, ut articuli & numero plures & praecipui, in quibus inter partes ante non conuenerat, conciliarentur.

### Notula Eckij.

Arbitror catholicos mihi libentius credituros contra dicenti Bucero, articulos praecipuos mansisse irreconciliatos, & ut rem gratam faciam Lectori, enumerabo aliquos restantes in eadem controuersia.

1. De autoritate ecclesiae artic. 6. & 10. ab Articuli ecclesia dissentiunt. 2. In sacramento ordinis non potiores non fuerunt episcopum esse necessarium ad sacerdotem conrecociliati. fecrandum: sed commendabant suas ordinationes quas Luter, Pomeranus & alii facerent. 3. In baptismo non placuit eis benedictio fontis baptismi, nec Chrisma, nec sacrum oleum. 4. In confirmatione noluerunt assentire, ut episcopus esset necessarius uel Chrisma. 5. De sacramento Eucharistiae & reali praesentia corporis Christi, Zuingliam non fuerunt rogati de sententia: cum certum sit in ecclesijs eorum omnem missam exulare, & uix in duobus mensibus a paucis scenam, quam uocant dominicam tabulatim peragi.



## LIBER PROPOSITVS

6. Sacramentum poenitentiae aequelacerant ut prius, cum negent confessionem necessario sacerdoti faciendam, similiter negant enumerationem sigillatam peccatorum, & prorsus reiiciunt satisfactionem ecclesiasticam. 7. Sacramentum matrimonii ubi per diuersarios maculatum est, author libri non attigit: alioquin non consensissent ecclesiae. Ideo opus fuisset docto Theologo collocutore, ac non inexercitato in eorum erroribus: qui pus ulceris nouisset acu eruditionis extrahere. 8. Neque in unctionis extremae sacramentum consenserunt, ut ex responso protestantium est manifestum. 9. De Hierarchico ordine ecclesiae plane à nobis dissentiunt. 10. Ceremoniis ecclesiae multum detrabunt. 11. Sanctos negant inuocandos, quia neque precibus, neque meritis nobis suffragentur: pari temeritate reliquias sanctorum contemnuunt. 12. De imaginibus sanctorum, etsi siluerint collocutores diuersae partis, aut quia consignator Buceranus non interfuit, tamen propalam sui socii durante colloquio Ratisponae non sunt ueriti declamare furiose aduersus imagines: ad haec in magnis ciuitatibus, ubi Felicianae & Ikonoklastarum insania destruxerant, hodie perseuerant in eadem impietate. Videat Bucerus suam Argentinam. 13. At non est praecipuus & maximus articulus dissonionis de missae sacrificio pro uiuis & defunctis: quorum neutrum admittunt, multo minus quod in sacro Missae officio memoria nominatim sanctorum habeatur: Sicut utrunque

Canonem Missæ probatissimum in ecclesia, reiciunt.

14. At cum fortiter permanent in semel concepto errore Luterano de abroganda missa priuata, an non per omnia dissident ab ecclesia catholica. 15. De communionem sub utraque specie nulla est facta reconciliatio. 16. Coniugia sacerdotum uolunt esse libera contra ecclesiam etiam tempore Augustini. 17. Vota monachorum & monialium improbant, & negant esse obligatoria: Hæc omnia distinctius in articulis inferius monstrabimus. Vade ergo Bucere, & surdis ac mutis persuade figmentum tuum, præcipuos articulos dissensionis esse conciliatos: nec mireris cur cordati & catholici principes tuis nugis noluerunt assensum præbere.

### Notula Eckij.

Altera pars Bucerana propositionis ueritate quoque Articuli uacat: quoniam affirmat numero plures articulos conciliatos, de quibus prius inter partes non conuenerat: conciliatis ponamus ante oculos eum in causa fidei recessisse à ueritate quod ei minime licuit: Quia ut diserte Augustinus Aug. de mæ nus inquit, mendacium in doctrina pietatis magnum dacio ad scelus est, & primum genus detestabilis mendacii: Re Consentiū, censeamus ergo articulos, quos habent pro conciliatis.

1. De conditione hominis & integritate nature ante lapsum. 2. De libero arbitrio hominis, quod et se Luter fortiter improbat cum Carlstadio, quia omnia fierent absoluta necessitate: tamen posteriores hunc Luter con-  
errorem iam pridem emendarunt in confessione Saxo tra bullam

LIBER PROPOSITVS

Cell.

Vuormat.

Nouatiani

Art. I.

Berengarius  
Zuinglianus.

nica Augustæ oblata. 8. De causa peccati liquet  
in eadem confessione. 4. De peccato originali recte  
conueneramus in deputatione Augustana: & pressius  
in colloquio Vuormatien. Ob id articulus iste non fuit  
uentilatus in hoc colloquio Ratisponensi. 5. De eccle-  
sia, quæ malos & hypocritas habet admixtos secun-  
dum externam societatem, plenius fuit concordatum  
Augustæ, quàm in isto libro. 6. Verbum dei, sanam  
Doctrinam, & unitatē doctrinæ esse notam & signa  
ecclesiæ dei, nunquam fuit controuersum. 7. Pœni-  
tentiam in remissionē peccatorum esse in ecclesia post  
lapsum, contra Nouatianos, nunquam fuit deductum  
in controuersiam, ut nihil conferat ad iactantiam Bu-  
ceri. 8. Sacramenta non solum esse signa signan-  
tia, sed etiam sanctificantia, etsi Luterus superbe ab  
initio resisteret, ut articulus ille per Leonem. x. papam  
fe. re. sit damnatus: at posteriores non ita aduersati  
sunt, ut in confessione Saxonica liquet. 9. De ueri-  
tate corporis Christi Lutherani etiam Augustæ con-  
senserunt contra Berengarianos & Zuinglianos, &  
melius quidem, quàm modo. 10. Vinculum chari-  
tatis & pacis esse notam ecclesiæ dei, nunquam fuit  
inter catholicos & Neochristianos controuersum.  
II. De disciplina ecclesiastica & disciplina populi, ab  
omnibus semper ex animo & anxie fuit petitum, ut  
reformatio fieret tam in capite, quàm in membris, tam  
in clero, quàm in laicis.

Si modo

Si modo coniunxerimus articulos superiores 17, cum his 11. quos habebit reliquos Bucerus? in quibus uerum ostendat, collocutores omnem operam pro iurili sua impendisse, ut articuli plures & præcipui conciliarentur. Quare stulta uel ficta est spes collocutorum, Cæs. Maiestatem & ordines imperii, inuenturos media ad articulos non conciliatos, conciliandi: quia ex controuersis nullus omnino est conciliatus. At forte duos obiiciet articulos, unum de iustificatiõe, alterum de missa sine communicante celebranda. Verum articulum de iustificatione excutiam, dum respondebo accusatoribus meis Pflugio & Gropero: De missa refellam iniquum consilium libri obtrusi Cæsari in eius cribratione. De articulis reconciliatiõis nugis Buceri apertius deuelabimus inferius post sententiam Cæsaris de recessu faciendõ.

Bucer. Petitum est à Cæsare Maiestate, ut protestantiũ collocutores, super articulis nondũ reconciliatis, suam sententiã ac consilium separatim exponerët.

NOTVLA Eckij.

**E**T si ego ab initio fuerim colloqui, & prius in presentia Cæsareæ ac catholicæ Maiestatis, quando utriq; parti facta fuit commissio: tamẽ non recolo hoc fuisse à sua Maiestate Lutheranis permissum, multo minus ab eis petitum: nam primum x. Maii inuasit me febris. Tamen quis credet Bucero, tam Catholicum regem, tam Christianissimũ imperatorẽ uelut edictum Vuormacien. & recessus Augustanus

## LIBER PROPOSITVS

locuplete & ubertim testantur) laxasse frena aduersariis fidei, ut libro adpingeret, quicquid liberet: Contra uero catholicis manus clausæ essent, ut librum minus elaboratum, cogentur sequi, ut regulam & albam amissim. Nam si hoc quoque catholicis fuisset permissum, non fuisset tam deses & segnis, & ipse annotationes adiecissim libro, de quibus certus fuissim eas consentientes fore catholicis Doctoribus & uniuersali ecclesiæ. Nam quod minus probauilibrum obtrusum, sæpe etiam improbauim, existimo factum, ut socios collocutores meos exasperauerim, ut in supplicatione inferius examinanda tam acerbe nomen meum profciderint.

- 7 Bucer renarrat Cæs. Maiestatem obtulisse librum statibus Imperii, unà cum apostillis protestantium: atque eorum petiisse desuper sententia & consilium: At antequam catholicorum ac obedientium statuum
- 8 Imperii responsum audiamus, præstat audire librum primo, quia hoc cupit autor eius: deinde quæ incaute sunt in eo posita, aut minus sana, obiter carbone nota bimus, tertio loco apostillas protestantium digna censuracõfutabimus: Ex quibus omnibus mox erit perspicuum, responsum à principibus datum, ex catholico, uere pio & Christiano animo esse profectum, ut merito rubeat mucosus Bucerus, quod piissimis principibus insultat, ut suo loco arrogantiam et temeritatem eius contra principes uindicabimus.

# LIBER A CAESARE 10

propositus collocutoribus, pro  
iueunda concordia fidei.

Aduerte lector literas in margine, quia eadem  
nota habebis inferius anno-  
tationem Eckij.

## DE CONDITIONE HOMINIS,

*Et ante lapsum naturæ integritate.*



**D**EV S hominem ad imaginem *Et simili* **A**  
tudinem suam condidit: Genesis 1. No<sup>o</sup>  
in corpore quidem, quanquam *Et illud*  
dedit mirifice ornatū, et diuinis usibus  
appositum, sed in mēte, quā intellectus  
*Et uoluntatis uiribus præditā secundum seipsum uir*  
tute uestiuit, id est arbitriū libertate, sapiētiæ luce, *Et*  
innocentiæ pulchritudine quadam, ac participatione  
suæ diuinitatis gratuita mirifice decorauit. Eccle. 17.  
*Et Eccle. 7. ut esset in laudem gloriæ ipsius. ad Eph. 1.*  
In hac imaginis *Et similitudinis integritate constitu-* **B**  
tus homo, in intellectu ueram ac uiuam Dei sui arche  
typi notitiam, *Et rectum de rebus iudicium,* in uolun- **C**  
tate uero ardentem erga Deum amorem *Et obedi-*  
entiam quæ in eo tamen sensim crescere debebant, possi-  
debat. Eccle. 17. Psalm. 8. Genesis 2.

### De libero arbitrio. II.

**E**T quoniam Deus homini arbitriū libertatē indi-  
dit, adiecit quoq; mandatum, relinquens illum  
in manu consilii sui, ut si uellet, posset per acceptā *Et*

B.ii.

assi-

## LIBER PROPOSITVS

assistentem gratiam, & uim spiritus sancti, mandatū seruare, & imaginem, in qua conditus erat, incontaminatam custodire, sin nolle, gloriam & honorem suum uoluntaria corruptione amittere, & uitā aeterna morte commutare. Ecclesiast. 15. Hæc arbitrii libertas, quæ erat in omnibus nobis, si non cecidisset Adam, futura, nunc aliter se habet in lapsō post peccatum ante reparationem, aliter post reparationem, aliter demique post glorificationem.

De libertate ante lapsum scriptū est: Ante hominē uita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. quē nihil in natura sua impediēbat, ut faceret bene, nihil impellebat, ut faceret male. Eccle. 17.

- D** Verum huiusmodi cōcreata libertas faciendi boni, & cōtinendi se à malo, per hominis lapsum est amissa, sola libertate à coactione retēta, quæ tam est in malis, quàm in bonis, de qua dictū est: Quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti. Matt. 23. Inefficax quidē ad inchoandam & efficiendā iustitiam uerā, & opera corā deo bona, sicut scriptum est: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. 1. Cor. 2. Et iterū. Sensus carnis inimicitia est aduersus deum. Legi enim dei nō est subiecta, ac ne potest quidem subiici. Ro. 8. Valens tantum ad efficienda opera externa & uitæ præsentis tam bona quàm mala. Nam quod ex fide nō fit, peccatum est. Rom. 14. Vnde Augustinus in præfatione. Psal. 31. Ne qua bona opera, inquit, appellauerim, quæ non de radice bona procedunt.

De libertate uero post reparationē Christus dixit. **F**  
 Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Iohan. 8. &  
 Paulus Roman. 8. Lex enim spiritus uitæ liberum me  
 reddidit à lege peccati & mortis. Hæc nobis per fi-  
 lium opificio spiritus sancti restituitur & conserua-  
 tur, iuxta illud Christi: Sine me nihil potestis facere.  
 Ioh. 25. & illud Pauli. Spiritus adiuuat infirmitatem  
 nostram, quo à seruitute peccati liberamur, & serui  
 iustitiæ efficiuntur, quemadmodum dixit Apostolus, li-  
 berati à peccato, serui facti estis iustitiæ, uocata pro-  
 pterea libertas à peccato.

Deniq; deliberate post glorificationē, quæ est libertas **G**  
 ab omni errore iudicii, & praua cōcupiscentia, ait Apo-  
 stolus, quod Deum tunc uidebimus, sicut est: & ei per-  
 fecte adhærebimus, imò Deus erit omnia in omnibus.

Et quia per redemptionem quæ est in Christo Iesu  
 uere liberi efficiuntur, ut iam in eo omnia possimus qui  
 nos confortat. Phil. 4. Idcirco hæc libertas in concioni-  
 bus ad populum magnis encomiis celebranda est, ut  
 intelligat, quid in Christo sit adeptus, & quod ad  
 gratiam, quæ est in Christo Iesu, attinet, possit nunc Mallēt pro  
 se continere à peccato, obedire Deo, & facere eius testates sic  
 mandata, & quod huc adiuuante spiritu summo stu- possit nunc  
 dio contendere debeat, quemadmodum facit A posto- resistere  
 lus. Peccatum, inquit uobis non dominabitur, nō enim peccato &  
 sub lege estis, sed sub gratia. Gratia autem Dei uita præstare  
 æterna in Christo Iesu domino nostro. Roman. 6. & inchoatam  
 2. Cor. sexto. Adiuuantes, inquit, adhortamur ne in obedientiā.



## LIBER PROPOSITVS

uacuum gratiam dei receperitis. Sic enim gloria Christi, & abundantia ac uis gratiae, & doni iustitiae, quod per eum recipimus, Romanorum quinto, commendantur. Etsi interim etiã diligenter inculcandum sit, tantam adhuc in nobis ad bonum infirmitatem, & ad malum inclinationem remanere, quae illam uim spiritus remoretur, & prauas cupiditates gignat, impellatq; ad ea facienda, quae non uolumus. Galat. quinto. Quo fit, ut nemo sit in hac uita sine peccato. Prim. Iohan. primo. Quo magis à Christo pendendum est, & timore, & tremore in hac uita uersandum, atque studendum est, ne unquam desimus gratiae dei. Heb. 12. ne uerue contristemus spiritum sanctum, in quo signati sumus in diem redemptionis. Ephes. quarto.

### De causa peccati. III.

**C**Ausam peccati constat esse malam uoluntatem, diabolici & hominis, se à Deo auertentem, quae malitia uoluntatis non à deo, sed ex diabolo & nobis est. Sicut Christus ait. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur.

Inuidia itaq; diaboli mors introiuit in orbem terrarum Sap. 2. & per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. Rom. 2. Quod factum est, cum Adam astu diaboli circumuentus fidem uiuam & amorem dei perdidit, & horum loco sui fiduciam  
**I** & amorem imbibit. Gen. 3.

## De originali peccato, III.

**P**eccatum itaq; originale dicimus esse carentiam K  
 seu defectum originalis iustitiæ debitæ inesse.

Originalem uero iustitiã intelligimus inesse, gra-  
 tia Dei & imaginem illam & similitudinem dei habe-  
 re, ad quam conditi sumus, & quæ spiritum sanctum,  
 & ex hoc notitiam Dei & amorem complectitur, cu-  
 ius defectus sunt, destitui gratia, & spiritu Dei, seu ut L  
 Paulinis uerbis utamur, incredulitas & inobedientia.  
 Rom. 3. Gal. 3. & Romanorum quinto.

Concupiscentiam uero intelligimus esse corruptio-  
 nem, & inordinatam dispositionem uirium huma-  
 narum, seu uitiosam inclinationem in malum, quæ & ob-  
 id lex membrorum, lex peccati, & peccatum quoque  
 appellatur. Rom. septimo. Cauendum igitur, ne re-  
 gnet peccatum in mortali corpore uestro. Rom. sexto.  
 Ad rationem itaque peccati originalis utrumque si-  
 mul & coniunctim requirimus, ut puta, & defectum  
 originalis iustitiæ debitæ inesse, & concupiscentiam M  
 seu uitiosum habitum, qui iunctus huic carentiæ, non  
 potest non prodire in omne genus peccati actualis, in  
 non renatis, in quibus diabolus efficax est. Ephe. 2.

Diserte autem discernimus peccatum originale ab  
 actuali, sic ut originale dicamus consistere in uera ca-  
 rentia iustitiæ originalis habente coniunctum uitio-  
 sum habitum, inclinantem ad peccatum. Verum quid N  
 quid est præter illam carentiam & habitum uitiosum  
 in nobis peccati, quod in actum aliquè erumpit, siue id

LIBER PROPOSITVS

fiat cogitatione, siue locutione, siue externo opere, siue actus operisue debiti omissione, actuale uocamus.

- Peccatum ergo originale secundum suam propriam rationem acceptum, prout distinguitur radix à fructibus, per Adam in omnem posteritatem pertransiit, & in mortem regnauit Rom. 5. Fitque nobis omnibus nascentibus sola propagatione proprium, sicut dicit Apostolus Ro. 9. Cum nondum nati fuissent, aut ali-
- O quid mali egissent &c. Item Rom. 5. regnauit mors ab
- P Adam etiam in eos qui non peccauerunt, & tamen uerum est, quod hæc nuda carentia iustitiæ debitæ habens annexum uitiosum habitum, res est seu peccatum dignum morte. Quia Deus in homine hoc peccato oppresso non uidet imaginem suam, aut sui noticiam, aut amorem. Et proinde nascimur omnes natura filii iræ Ephe. 2. A deo ut ne infantes quidem, qui nec dum renati decedunt, ab hac damnatione, quæ in carentia diuinæ uisionis & lucis constituta est, sint immunes.
- R Tametsi enim in nobis nascentibus adhuc uestigium
4. quoddam imaginis dei reliquum sit, quod lumen naturæ appellamus, quo etiam in qualemcumque Dei cognitionem assurgimus, quia tamè hoc uestigium admodum exile est ob contaminationis grauitatem, sit ut Deus idipsum non agnoscat, quod ad faciendam spiritualem & ueram iustitiam omnino sit inefficax, etsi ad condemnandos iustitiæ dei non subiectos sufficiat. Romanorum primo.
5. Dissoluitur autem hoc originale peccatum per lauacrum

rum regenerationis, & renouationis in uerbo uitæ,  
 per meritum passionis Christi. Ephe. 5. Nam baptismo  
 reatus mali huius per meritum Christi dissoluitur, &  
 gratia Dei restituitur, tum etiam concupiscentiæ uis  
 reprimitur donato spiritu Christi, qui nouos, & san-  
 ctos in homine motus excitat, sicut docet A postolus. Ro-  
 manorum quinto, sicut per unius delictum propaga-  
 tum est malum in omnes homines, ad condemnationē,  
 ita & per unius iustificationem propagatur donum in  
 omnes homines in iustificationem uitæ. Quemadmodū  
 per inobedienciā unius, peccatores multo cōstituti su-  
 mus, sic per unius obedienciā multi iusti cōstituentur.  
 Rursus Cap. sexto, consepulti sumus ipsi per baptis-  
 ma in mortem, ut quemadmodum Christus est excita-  
 tus à mortuis per gloriam patris, sic & nos in nouita-  
 te uitæ ambulemus.

Proinde etsi post Baptismum in renatis remaneat 6.  
 materiale peccati, hoc est, concupiscentia, grauis certe  
 infirmitas & radix omnis amaritudinis: formale ta-  
 men, quod reatus est, aufertur. Nam eo per Baptismū 8  
 soluti, Christo induti sumus, atque ad imaginem filiū  
 Dei saltem inchoatam reformati. Sicut dixit A postolus.  
 Qui tradidit semetipsum pro ecclesia, ut eā sancti-  
 ficaret, mundatā per lauacrū in uerbo. & quicumq; in  
 Christo baptizati estis, Christū induistis. Idcirco pro-  
 pter meritum passionis Christi, & Christum ipsam ha-  
 bitantē in sanctis, reliquū huius mali nō imputabitur  
 in peccatū. Neq; est peccatum quod eos ullo reatu, qui  
 prop-

## LIBER PROPOSITVS

7 propter Christum sublat<sup>9</sup> est, obstringat, donec in ali-  
quē actū, uel cogitationē, uel concupiscentiā erumpit  
uel in actus debiti omissionem. iuxta illud: Nihil ergo  
dānationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui nō secun-  
dum carnem ambulāt. Lex enim spiritus uitæ in Chri-  
sto Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Rom. 8.

Vnde Augustinus recte utitur his loquēdi formulis.  
Reatus ille nascendo contractus, renascendo dissolui-  
tur. libro de spiritu & litera. Item, contra Iulianum li-  
bro secundo. Lex ista, inquit, peccati, quæ in mēbris est  
corporis mortis huius, & remissa est generatione spiri-  
tuali, & manet in carne mortali, remissa, quia reatus  
solutus est sacramēto, quo renascūtur fideles. Itē, omni  
reatu caret baptizatus. Rursus, omni reatu omnium  
malorum caret baptizatus. Præterea ad Bonifacium  
scribens: Baptisma, inquit, omnē dat indulgentiā pec-  
catorum, & aufert crimina non radit. Et in hanc sen-  
tentiam alia plurima sanctus ille Episcopus scripsit.

Itaque docendum est cum Augustino diligenter Le-  
gem illam peccati, & relictam in sanctis concupiscen-  
tiam, se ex se nullum fructum malum ædit, non esse  
peccatum, quod adhuc eos reatu aliquo teneat: omnis  
enim reatus eius per Christum sublatus est.

8 Cæterum eodem Augustino authore, agnoscendum  
quoq; & docendum est, quod Apostolo malum hoc uo-  
cetur peccatum. Neq; id solum, quia à peccato inuectū  
sit, sed etiam quia ad peccatū inclinat, & ei inest inobe-  
dientia contrā dominatum mentis. Nam idem uir Dei

libro quinto cap. 3. contra Iulianum sic scribit: Concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, & peccatum est, quia illi inest inobedientia contra dominatum mentis, & poena peccati est, quia redita est meritis inobedientis, & causa peccati est defectione consentientis, uel contagione nascentis. T

Et aduersus eundem Iulianum libro. 2. Quamuis 9. inquit, iam non eodem modo appelletur peccatum, quod facit reum, sed quod sit reatu primi hominis factum, & quod rebellando nos trahere nititur ad reatum, nisi adiuet nos gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, ne sic etiam mortuum peccatum rebellet, ut uincendo reuiuiscat & regnet.

Statim uero ubi in aliquem uitiosum actum, quales sunt contemnere seu odisse iudicium dei, & eius promissis diffidere, fremere aduersus deum, & similes etiam longe minores motus, quibus qualiscunque accedit aut delectatio, aut assensus, aut tolerantia, erum pit seu ebullit, fit in nobis actuale peccatum, quod indiget noua remissione seu non imputatione. Et quia tanta est nostra infirmitas, & tam fecunda illa radix amaritudinis, quae in nobis superest, ut non succumbamus subinde concupiscentiae, quin radix illa amaritudinis amaros fructus, hoc est, neglectum dei & peruersas appetitiones, proferat.

Ideo necesse est, ut omnes sancti, quamdiu sunt in hac X uita, dicere opus habeant. dimitte nobis debita nostra etc. Itē, si dixerimus quia peccatum non habemus & c.

LIBER PROPOSITVS

V Differt itaq; concupiscentia, quæ est in non renatis, & concupiscentia, quæ est adhuc in renatis, quòd illa coniunctum habeat reatum mortis æternæ, ab hac autem renatorum concupiscentia hic reatus per Christum sublatus sit, sicut illa post se uiolenter corripit impium. Contra hanc dimicant fideles, eamq; mortificant. Illa autem reprobis illis sic est materia ruinae, sicut hæc est nobis exercitium humilitatis & fidei. Quoniam igitur reatus ablati est, & concupiscentia superest, quæ contra spiritum perpetuo exurgit: ideo in concionibus ad populum utrunq; hoc populo diligenter exponendum est. Primum ut beneficium gratiæ Christi recognoscant, ac prædicent in eo, quod hoc mali Deus non imputat. Deinde ut agnita probeque considerata tanta infirmitate, quæ superest, se totos sanãdos Christo medico indies plenius permittant & offerant.

Cumq; ne illicita desideria in se existant uelle quidem debeant (etsi dum sunt in corpore mortis huius nõ obtineant) in iugi pœnitétia & precatone ueniæ perseuerent. Postremo ut cogitent, cū quanto & quali hoste domestico sibi sit pugnandū, ut studiosius opem spiritus domini semper implorent, & uigilandū instandūq; sibi sciant, ut carnem suam cum uiciis & concupiscentiis suis crucifigant & mortificent.

X Contra uero non minore studio uis gratiæ in baptismo acceptæ magnifice celebranda. atq; adeo docendū est, eam esse maiorem, modo fide exerceatu, quàm est residua hæc nostra infirmitas, quod ea infirmitas &

uicioſitas crucifigi & mortificari poſſit uſq; ad plenā uictoriam in futuro ſeculo, iuxta illud, Deus miſit filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato cōdemnauit peccatum in carne, ut iuſtitia legis ad impleretur. Item. Fratres nō ſumus debitores carnis, ut ſecundum carnem uiuamus. Item. Quicumq; ſpiritu dei aguntur, ū ſunt filii Dei. Rom. 8.

## De iuſtificatione Hominiſ. V.

**N**ulli Chriſtiano dubitandum eſt, poſt lapſum primi parentis omnes homines, ut inquit Apoſtolus, naſci filios iræ, & inimicos dei, eoq; in mortem & ſeruitutem peccati.

Item nulli Chriſtiano ambigendum eſt, nullum hominem poſſe deo reconciliari, itemq; liberari à ſeruitute peccati, niſi per Chriſtum unum mediatorē dei & hominem, per cuius gratiam, ut inquit Apoſtolus ad Romanos, non tantū reconciliamur Deo & liberamur à ſeruitute peccati, ſed etiam efficimur conſortes diuinae naturæ, & filii dei.

Item perſpicuum eſt, quod adulti non conſequentur hæc beneficia Chriſti, niſi præueniente motu ſpiritus ſancti, quo eorum mens & uoluntas mouetur ad deſtinationem peccati, nam impoſſibile eſt, ut inquit Auguſtinus, nouam uitam inchoare, niſi prioris nos pœniteat. Itē Luc. ultimo Chriſtus iubet prædicari in nomine ſuo pœnitentiam & remiſſionem peccatorum. Iohannes etiam Baptiſta miſſus ad parandas uias domini prædicauit pœnitentiam, inquit. Pœnitentiam agite,



## LIBER PROPOSITVS

agite, appropinquat enim regnum caelorum. deinde à spiritu sancto mouetur hominis mens in Deum per Christum. Thic motus est per fidem, per quã hominis mens certo credens omnibus, quæ tradita sunt à deo, etiam certissime & sine dubio adsentitur promissionibus nobis exhibitis à deo, qui, ut dicitur in Psalmo, Fidelis est in omnibus uerbis suis. & ex eo fiduciam capit propter promissionem dei, qua pollicitus est se remissurum peccata gratis, & adoptaturum in filios credentes in Christum, eos, in quã, quos prioris uitæ poenituerit, & hæc fide erigitur in deum à spiritu sancto. Ideoque accipit spiritum sanctum, remissionem peccatorum, imputationem iustitiæ, & innumerabilia bona.

4. Firma itaque est & sana doctrina, per fidem uiuam & efficacem iustificari peccatorem. Nam per illã deo grati & accepti sumus propter Christum. Vocamus autem fidem uiuam, motum spiritus sancti, quo uere poenitentes ueteris uitæ, eriguntur ad deum, & uere apprehendunt misericordiam in Christo promissam, ut iam uere sentiant, quod remissionem peccatorum, & reconciliationem propter meritum Christi gratuita Dei bonitate acceperunt: & clamât ad deum, Abba pater. Id quod tamen nulli obtingit, nisi etiam simul infundatur charitas sanans uoluntatem, ut uoluntas sanata, quemadmodum diuus Augustinus ait, incipiat implere legem. Fides ergo uiua est, quæ & apprehendit misericordiam in Christo, ac credit iustitiam quæ est in Christo, sibi gratis imputari: & quæ simul pol-  
lici

licitationem spiritus sancti, & charitatem accipit. Ita quod fides quidem iustificans est, illa fides, quæ est efficax per charitatē, sed interim hoc uerum est, quod hac fide catenus iustificamur, id est, acceptamur & reconciliamur deo, quatenus apprehendit misericordiam & iustitiā, quæ nobis imputatur propter Christum & eius meritum, nõ propter dignitatem seu perfectionem iustitiæ nobis in Christo communicatæ.

Et si autem is qui iustificatur, iustitiā accipit, & habet per Christum etiā in hærentē, sicut dicit Apostolus: Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis, &cete. (quare Sancti patres iustificari etiam pro eo quod est in hærentem iustitiā accipere, usurparunt) tamen anima fidelis huic non inmittitur, sed soli iustitiæ Christi, nobis donatæ, sine qua omnino nulla esse necesse potest iustitia. Et sic fide in Christum iustificamur seu reputamur iusti, id est, accepti per ipsius merita, non propter nostram dignitatem, aut opera, & propter in hærentem iustitiā, eo iusti dicimur, quia quæ iusta sunt operamur, iuxta illud Iohannis: Qui facit iustitiā, iustus est.

Et quanquam in renatis semper crescere debent timor dei, patientia & humilitas, et aliæ uirtutes, cum renouatio sit imperfecta, & hæreat in eis ingens infirmitas, tamen docendum est, ut qui uere poenitent, semper fide certissima statuunt, se propter mediatorē Christum Deo placere, quia Christus est propitiator, pōtifex et interpellator pro nobis, quæ pater donauit  
nobis

## LIBER PROPOSITVS

nobis & omnia bona cum illo.

Quoniam autem perfecta certitudo in hac imbecillitate non est, suntque multae infirmæ & pauidæ conscientiae, quæ cum graui sepe dubitatione luctantur, nemo est à gratia Christi propter eiusmodi infirmitatē excludendus: sed conuenit tales diligēter adhortari, ut iis dubitationibus promissiones Christi fortiter opponant, & augeri sibi fidem sedulis precibus orent, iuxta illud: Adauge nobis domine fidem. Christiano cuique debet esse compertum, non in hoc datam esse nobis hanc gratiam, & hanc generationem, ut in eo gradu inuolutionis nostræ, quem primum nacti sumus, ociofi consistamus, sed crescamus in ipsum per omnia, qui est caput. Ideoque docendus est populus, ut det augmento huic operam, quod quidem fit per opera bona, & interna & externa, à Deo mandata, & commendata, quibus Deus promisit propter Christum in pluribus Euangeliilocis clare & manifeste mercedem: bonam tam corporis, quam spiritus in hac uita, prout diuinæ providentiæ uisum fuerit, & post hanc uitam in caelis. Ideoque quamuis hæreditas uitæ æternæ propter promissionem debeat renatis, etiam cum primum in Christo renati sunt: nihilominus reddit Deus etiam bonis operibus mercedem non secundum substantiam operum, neque secundum quod sunt à nobis. sed quatenus in fide fiunt, & sunt à spiritu sancto, qui habitat in nobis, concurrente libero arbitrio, tanquam partiali agente.

Et

Et amplior & maior erit felicitas eorum, qui maiora & plura opera fecerunt, propter augmentum fidei & charitatis in qua creuerunt huiusmodi exercitiis. Qui autem dicunt, sola fide iustificamur, simul tradere debent doctrinam de poenitentia, de timore Dei, de iudicio Dei, de bonis operibus, ut tota summa praedicationis constet, sicut Christus inquit: Praedicantes poenitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo. Idq; ne hac loquendi formula aliter quam praedictum est intelligatur.

De Ecclesia & illius Signis ac  
autoritate. 6.

**E**cclēsia est coetus, seu congregatio hominum, omnium locorum & temporum, qui uocati sunt in communionem professionis, unius eiusdemq; fidei, doctrinae, ac sacramentorum, secundum Catholicam, orthodoxam & apostolicam doctrinam.

In hoc coetu quicumq; in unitate uerae ac uiuae fidei per charitatem efficacis sub uno capite Christo, & sub ministracione spiritus sancti coherent, & eisdem sacramentis spiritualiter communicant, hi soli eam ecclesiam constituunt, quae à Paulo templum sanctum, & domus Dei, corpus Christi. I. Cor. 6. Eph. 2. & 4. I. Tim. 3. & à Iohanne ciuitas sancta Ierusalem descendens è caelis, constructa uiuis ex lapidibus, Apoc. 22. dicitur. Hic est populus Dei sanctus emundatus ab omni iniquitate, & acceptabilis deo, sectator bonorum operum, ad Tit. 2. Qui allegorice hortus coelusus, fons

## LIBER PROPOSITVS

signatus, puteus aquæ uiuæ, paradifus cum fructu pomorum in scripturis præsignatus est. Hæc est illa ecclesia electorum Dei, occulta nobis, cognita uero Deo, sicut scriptum est: Cognouit Deus qui sunt eius. 2. Ti. 2. In qua in præscientia sunt quicumque fidei & charitatis spiritum non amittunt. Heb. 3. Et si non pariter omnes eandem spiritus perfectionem participent. Ro. 12. 14. & 15. Ephe. 4. In qua etiam uidentur, et si non in præsentia, prædestinatione tamè Dei, quos ille conuertendos nouit, et si nobis foris esse uideantur, Quemadmodum D. Aug. de Baptismo contra Donatistas lib. 5. cap. 27. docet.

3. Deinde sunt in hoc cœtu, quod ad externam societatem attinet, etiam mali æterno supplicio destinati, quamdiu uiuis membris, et si non spiritualiter, corporaliter tamen, hoc est exterius fidei signaculis, uisibilibus pietatis sacramentis, ueluti palea frumento coniuncti sunt. Math. 3. & 13. formam quidem pietatis habentes, sed uirtutem eius abnegantes. 1. Tim. 3. Qui ab Apostolo, donec separentur, seu abscindantur à corpore, intus esse dicuntur. 1. Corint. 5. Tollite malum è uobis &c.

4. Hic ergo cœtus unius professionis & signorum, habens, dū hic uiuitur, multos malos & hipocritas admixtos, est ceu magna domus, in qua non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam in honorem quidem, quædam in contumeliâ. 2. Ti. 2. Inuisibilis secundum eam partem, quæ spiritu  
Dei

Dei uegetata in uitam æternam prædestinata est. Visibilis autem secundum externam professionem, & communionem, per totum terrarum orbem diffusa, incipiens ab Hierusalem, & inde per Apostolos propagata, in omnes gentes. Lucæ. 24. & Act. 1. Rom. 10.

Et ut mali peccatores non sint uiua membra Ecclesie, nec de Ecclesia electorum dei, quæ sancta & communio sanctorum uocatur, nihilominus tamen Christus docuit nos non alibi hanc ecclesiam sanctorum quaerere, quam in illa congregatione magna, in qua est hæc ueræ fidei religionis & sacramentorum professio, & administratio, in qua quisquis permanserit communionem omnium bonorum, quorumcumque piorum, qui ab initio mundi fuerunt, fruitur, non præiudicantibus peccatis alienis, quod communio sacramentorum cum malis non maculet aliquem, sed consensus factorum.

Quisquis uero se ab hac ecclesia separauerit, hoc solo scelere, quod à Christi unitate seiunctus est, non habebit uitam æternam, sed ira Dei manet super eum.

Et ne quis uacillaret, addidit Christus certissima signa, quibus hæc magna donis, quæ est ecclesia Dei, nobis cognobilis sit, quæ sunt sana doctrina, rectus sacramentorum usus, & uinculum charitatis & pacis. Ephe. quarto. Romanorum 12. Duæ priores notæ separant ab ecclesia ethnicos seu paganos, tum hæreticos, primæ Cor. quinto. 1. Ioh. secundo. 1. Ti. 1. 2. & 3. Tertia nota separat schismaticos, & rite excommunicatos,

LIBER PROPOSITVS

primæ Corinthiorum. 1. 5. & II. Ad hæc quarta Ecclesiæ nota est, quod Catholica sit, & uniuersalis, hoc est, per omnia loca & tempora diffusa, & propagata usque in fines terræ.

De nota verbi. VII.

**H**A S notas dum in hac magna domo superesse uidemus, nõ moratur quod multi interim in ea sint mali, atque etiam præsideant ac dominentur, quo minus credamus, non alibi usquam, quàm hic, ubi scilicet uiget sana doctrina, uerus usus sacramentorum, & uinculum charitatis, ueram ecclesiam priorum Protestantes inquirendam. Hæc enim magna domus promissionem habet infallibilis præsentia Dei & spiritus sancti, quæ ob permixtos malos ab ea non aufertur, sicut scriptum est: Et ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Math. 28. Item non relinquam uos orphanos. Ioh. 14. Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum, nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuabit? absit. est enim deus uerax, omnis autem homo mendax. Rom. 3.

Novit enim Deus hanc magnam domum mirabili consilio conseruare, non in quibuslibet, sed in iustantum, qui ueræ pietatis cultores ecclesiæ unitatem ob permixtam malorum multitudinem non deserunt, qui & apud Esaiam reliquiæ dicuntur, in quibus promissiones conseruantur, & adimplentur. nisi, inquit, dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus.

Et sicut Gomorrha similes essemus. Esa. 1. Et rursus, si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Esa. 10. Rom. 9. Et Apostolus inquit, an nescitis in Elia quid dicit scriptura? quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel, Domine prophetas tuos occiderunt, et altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et quaerunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia uirorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal. Roma. 11. 3. Reg. 19. Has reliquias Christus oues suas appellat, quae uocem eius audiunt, et sequuntur, in hoc peculiariter à deo destinatae, non ut extra magnam hanc domum priuata consuetudine se colligant, sed ut in his magna illa domus conseruetur, fulciatur et sustentetur, ne plane et funditus pereat. Ipsae enim sunt domus illa fundata supra petram, in quam si irruant omnia aduersa, nihilominus firma, stabilis, et immobilis persistet. Math. 7.

Et ut haec magna domus non semper aequè floreat multitudine piorum, nec sit in ea semper eadem uerbi perspicuitas, propterea tamen ambigendum non est, quo minus in ea conseruetur illa uera ecclesia, quae sola habet unctionem spiritus docentem nos de omnibus. Conseruatur autem dum retinetur doctrinae unitas, in iis saltem quae ad pietatem et salutem, sunt necessariae. fuerunt enim, sunt, et erunt semper in hac magna domo, qui hanc doctrinam in fide, spe, et charitate consistentem illa befaetatem tueantur.



## LIBER PROPOSITVS

## De pœnitentia post lapsum. VIII.

**I**N hac sola catholica ecclesia est remissio peccatorum, quæ non solum in baptisinate, sed etiam post baptismum confertur pœnitentibus. Nec tantum in ecclesia est remissio peccatorum leuiorū, quæ iungi sanctificatione nostri repurgantur, uerum etiam grauiorū, de quibus dixit Apostolus, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Et iterum. 2. Cor. 12. Timeo ne iterum cum uenero ad uos, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditiis & impudiciis quam gesserunt. Hanc remissionem peccatorum post lapsum negantes Nouatiani, qui & Cathari, recte damnati sunt, quod scriptura & uerbo & exemplo testetur, conuersioni locum esse post lapsum. Ezech. 31. Matt. 18. Luc. 15. Gal. 6. Apocal. 2. Act. 9. 4. Regum. 2. 1. Tim. 1. 2. Cor. 2. Solum enim incredulitatis seu finalis impœnitentiæ ac blasphemæ in spiritum sanctum, & desperationis peccatum remissionem non habet, neque hic neque in futuro seculo. Mat. 12. De quo intelligi potest, quod scribit Apostolus ad Hebræos Cap. 6. Impossibile esse eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt donum cœlestis, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesque uenturi seculi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi filium Dei, & ostentui habentes. Et iterum cap. 10. uoluntarie peccantibus nobis post acceptam

titiã ueritatis, iam nõ relinquatur pro peccatis hostia,  
 sed terribilis expectatio iudicii. Significat enim Apo-  
 stolus eos, qui post acceptam notitiam Euãgelii rursus  
 sibi filium Dei crucifigunt & ostentui habent, ac uo-  
 luntarie peccare non desinunt, non habere aliam pro  
 peccatis hostiam, seu aliam per pœnitentiam reuocati-  
 onem, quale uidere est in Iuda proditore, qui tradens  
 & reiciens Christum, non inuenit pœnitentię lo-  
 cum, tametsi pœnitentiã commissi sceleris ductus sus-  
 clamaret: Peccauit tradens sanguinem iustum. Matth.  
 27. Non enim respexit in redemptorem, quem proden-  
 do repulit, quale etiam de Esau refert, & ceteris om-  
 nibus qui excusauerunt se ne enseret uerbum, & re-  
 cusauerunt loquentem. Hebr. 12. Quod qui non cre-  
 dit in Christum, iam iudicatus sit, quia non credidit  
 in nomine filii Dei. Iohan. 3. qui & subdit, eum qui in-  
 credulus est filio non uisurum uitam, sed mortem su-  
 per eum mansuram. Atque hoc est peccatum illud ad  
 mortem, de quo in Epistola. 1. Iohan. cap. 6. alioqui te-  
 statur in Hebræis Apostolus, excepto hoc increduli-  
 tatis & obdurationis finalis immami crimine, nullum  
 esse peccatum, ne blasphemia quidem, præterquam in  
 spiritum sanctum, quod in ecclesia nõ remittatur, mo-  
 do per fidem ad Christum redeamus, in hac hostia, &  
 alia nulla, peccata expiari credimus, sic enim ait ca. 3.  
 Videte fratres ne quãdo sit in aliquo uestrum cor ma-  
 lum incredulitatis, discedendi à Deo uiuo, sed adhorta-  
 mini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cogno-

L I B E R P R O P O S I T V S

minatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Nam ut subiicit, participes Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius usq; ad finem firmum retineamus. Non enim uniuersi qui profecti ab Ægypto peccauerunt, sed qui exacerbauerunt audientes, corda obdurauerunt, & increduli fuerunt, ii soli non poterunt introire propter incredulitatem.

Quamuis quoq; pia est sanctorum patrum expositio qui locos illos Pauli interpretantur, de alia renouatione per baptismum, quam ecclesia, in qua unus tantum baptismus est, non agnoscit.

A4 Constat autem conuersionis post lapsum ratio, ut supra de iustificatione dictum est, mortificatione, & uiuificatione. Verum mortificatio hic non tantum contritionem sed & confessionem, & satisfactionem castigatorem, de qua infra dicetur, postulat. Describitur enim pœnitentiã post baptismum ab Apostolo, in hunc modum, ut sit dolor seu tristitia secundum Deum, in iis qui peccauerunt, gignens in eis solitudinem, indignationem, satisfactionem, timorem, desiderium, uindictam. 2. Cor. 7.

Efficitur autem hæc mortificatio in nobis, non tam ministerio legis Moysei quàm lege spiritus uitæ, dum hæc in baptismo nobis insita & peccato rursus obruta, per Euangelii uerbũ in nobis resuscitatur, cordibus nostris inclamans, memor esto unde cecideris, & age pœnitentiã, & prima opera fac. sin autem, uenio tibi cito. Apoc. 2. Item. O insensati, quis uos fascinauit non

ebo

Obedire ueritati? ante quorum oculos Iesus Christus  
 praescriptus est, & in uobis crucifixus. & iterum irri-  
 tam quis faciens legem Moysi, sine ulla Miseratione  
 duobus aut tribus testibus moritur. Quanto magis pu-  
 tatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei con-  
 culcauerit?

Hæc uox spiritum nostrum præoccupatum pecca-  
 to, ad contritionem, & inenarrabiles gemitus reuocat,  
 qui in confessionem tandem erumpunt: & solitudi-  
 nem, indignationem, satisfactionem, timorem, desyde-  
 rium & uindictam pariunt & operantur, de quibus  
 animi motibus dictum est in Dauid Propheta: Sacri-  
 ficium Deo spiritus contribulatus. Cor contritum &  
 humiliatum Deus non despicias.

Huic timori succurrit fides, quæ respicit in Christum,  
 quem habemus apud patrem aduocatum iustum, & B<sup>b</sup>  
 qui est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris  
 autem tantum, sed & pro totius mundi. 1. Iohan. 2.  
 Vnde & saluare in perpetuum potest, accedentes per  
 semetipsum ad deum, semper uiuēs ad interpellandum  
 pro nobis, Quod maneat in æternum, sempiternum  
 habens sacerdotium. Heb. 7.

Hæc fide rursus innouatio spiritus accipitur, & ui-  
 uificatio mortificationi coniungitur. Sic enim preca-  
 tur Dauid: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,  
 & peccatum meum contra me est semper. Asperges  
 me hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem  
 dealbabor. Auditui meo dabis gaudium & lætitiā,  
 &

LIBER PROPOSITVS

Et exultabunt ossa humiliata. Spiritum rectum inno-  
ua in uisceribus meis, redde mihi lætitiã salutaris  
tui, &c. Et iterum. Quoniam die ac nocte grauata  
est super me manus tua. Conuersus sum in erumna  
mea dum configitur mihi spina. Delictum meum tibi  
cognitum feci, & iniustitiã meam non abscondi. Dixi  
confitebor aduersum me iniustitiã meam domino, et  
tu remisisti impietatem peccati mei. De hac remissio-  
ne per testimonium spiritus, quemadmodum in iusti-  
ficatione, certi reddimur: sacramento poenitentia, et

Collocuto ius uis in absolute cõsistit, accedente, de quo postea  
res prote- dicendum erit. Hactenus de poenitentia post lapsum,  
stantiũ de quæ in sola ecclesia Christi agitur, & remissionem ob  
hoc toto artinet peccatorum.

ticulo suũ De autoritate Ecclesie in discernenda  
exhibuerũt & interpretanda scriptura. 9

scriptũ si- gnatũ A. **E**cclesie ergo authoritas cognoscenda & requi-  
renda est. Hæc uero autoritas, ut perspicui possit,  
sciendum est: Deum, ut hanc ecclesiam sibi com-  
pararet, principio usum esse ministerio uerbi uocalis  
non scripti, quod quasi per manus tradi & communi-  
cari uoluit. Quemadmodum & Christus a apostolis suis  
mandauit, ut irent in mundum uniuersum, & prædi-  
carent Euangelium omni creaturæ. Quo tamen uoca-  
li, & externo uerbo Deus non aliter utitur, quàm in-  
strumento, quo internum illum affatum exhibet, quo  
solo aperiuntur corda.

Postea dei beneficio addita est scriptura, tum ut ha-

man.e imbecillitati in obliuionem et errorem procliu-  
tum diaboli fraudibus, qui uerbum excutere nūquam  
non molitur, succurreretur.

Quia uero, ut dictum est, Deus sciebat futurū esse, **C6**  
ut diabolus uiuum illud uerbū, comparato in id, omni  
astu corrumpere satageret, & quod homines in hoc  
subornaret, qui transfigurātes se in angelos lucis, tum  
scripturas adulterinas, quibus diuinam & apostolicā  
auctoritatem arrogarent, sub ipsorum etiam aposto-  
lorum nominibus ederēt, tum qui apostolicas in suam  
ipsorum perditionem deprauarent, uinculum quoque  
charitatis, quod eis esset, iniquis discessionibus rumpe-  
rent, idcirco ecclesiæ suam auctoritatem eandemq; du-  
plicem constare uoluit.

Principio apud Ecclesiam esse uoluit auctoritatē iu-  
dicandi inter scripturas, & discernendi Canonicam  
à non Canonica, quæ & suo tempore apud Synago-  
gam fuit, postea per Christum in ecclesia confirmata;  
qua saluberrimus ille Canon ecclesiasticus constitutus  
est, qui sanctam scripturam Canonicam tam ueteris,  
quàm noui testamenti certis terminis, & certis Pro-  
phetarum & apostolorum libris cōtineri definiuit, ac  
eminentiam istam Canonicam sacrarum literarum ce-  
teris libris ademit, quæ per successionem Episcoporum  
& propagationem ecclesiarum tanquam in sede qua-  
dam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis  
& pius intellectus, ut omnino dubitari non liceat, sit  
ue uerum seu rectum, quicquid hæc scriptura cōtinet.

## LIBER PROPOSITVS

Ad hanc ecclesiæ autoritatem respicit & illud Augustini: Euangelio non crederem nisi me Ecclesiæ Catholice commoueret autoritas.

Quæ tamen authoritas in discernendo tantum ueras scripturas à falsis sita est. Nam omnem scripturam, quæ in Ecclesiasticum Canonem, ut uera ac diuina semel recepta est, plane immobilè esse constat, & omni authoritate humana longe maiore, de qua dixit Christus, quod solui non possit. Ut frustra & irreligiose disputetur, num authoritas Ecclesiæ scripturis anteferenda sit, num Ecclesia abolere seu mutare possit tradita in uerbo Dei, num statuere quid possit contra uerbū dei. Verum cum docente Apostolo Petro omnis prophetia scripturæ propria interpretatione nõ fiat, quod non humana uoluntate allata sit aliquando, sed spiritu sancto inspirati, sic locuti sunt homines, uoluit quoque Deus, ut authoritas interpretandi scripturas apud Ecclesiam, quæ spiritu suo regitur, esset, ut idem qui scripturæ author est spiritus, eius etiam sit interpretes, unde dominus legitur Lucæ ultimo, aperuisse discipulis mentem, ut intelligerent scripturas.

Non est autem hæc authoritas apud ullum priuatum requirenda, sed ad totam Ecclesiam, & ad communem consensum omnium piorum recurrendum est, quæ est uniuersalis testificatio spiritus sancti, firmitamentum ueritatis. In quam sententiam dixit Apostolus, 1. Timoth. tertio, Ecclesiam esse columnam & firmitamentum ueritatis. Summa enim autoritas interpre

sancti scripturas, cui contra dici non liceat, non apud  
singula membra, sed apud totam ecclesiam residet, quæ  
non solum germanos sacræ scripturæ libros, à suppo-  
siticiis discreuit, sed & germanam scripturæ interpre-  
tationem in necessariis tradidit. Qualia sunt, quod pa-  
tris filii & spiritus sancti eandem naturam & essentiam,  
& tres personas, & in Christo domino duas naturas  
& unam personam consistemus. Hæc enim & pleraque  
alia magis scripturarum interpretatione explicata, quàm  
ipsarum scripturarum uerbis expressa, ipsis tamen scriptu-  
ræ uerbis implicita, omnis Catholica recepit Ecclesia.

Hinc est quod Athanasius ait: Ecclesiasticæ semper  
mos est disciplinæ, si quando hæreticorum noua do-  
ctrina exurgit, contra insolentes quæstionum nouita-  
tes, rebus immutabiliter permanentibus, nominum uo-  
cabula immutare, & significantius rerum naturas  
exprimere, quæ tamen existentium causarum uirtu-  
tibus congruant, & quæ magis easdem antiquitus fu-  
isse demonstrant, non ortus nouitatem mensurant.

Hæc ille. Et præclare Ireneus, si inquit, de aliqua quæ-  
stione dubitatio est, oportet ad antiquissimas re-  
currere Ecclesias, in quibus conuersati sunt Apostoli,  
& ab eis de proposita quæstione sumere, quod cer-  
tum est. Quid enim, ut subiicit, si neque apostoli qui-  
dem scripturas reliquissent nobis, sequi non ne oportebat  
ordinem traditionis, quem tradiderunt hi, qui-  
bus committebant ecclesias? cui & barbari assense-  
runt, sine atramento scriptam habentes per spiritum



## LIBER PROPOSITVS

in cordibus suis salutem.

Huius autē autoritatis, quam ecclesia circa scripturæ interpretationem obtinet, in communi illo & uniuersali perpetuo consensu sitam, in primis synodos, deo inde ecclesiasticos scriptores omnium temporum, qui tamē suspectæ fidei nō sunt, idoneos testes esse constat, cum unanimiter tradunt ac docent doctrinā aliquam ab apostolis in nos usque profectam, esse in ecclesia, semper receptam fuisse, quæ & scripturis consentanea sit.

Porro huic uero & perpetuo consensui, cui synodi & patres concors testimonium ferunt, obtemperare debemus. sed ita, ut ecclesia illi obtemperandum esse censuit. Differūt enim quæ cōmuni consensu tradita sunt. Quædam enim eorum dogmata sunt plane necessaria quædam non item, quæ scilicet pro ratione temporis instituta mutari possunt. Quamobrem consensum istum communem secundum eam rationem, qua loquitur nobis, & in illum finem, in quem respicit, accipere debemus, ne in scripturas impingamus, neue dogmata, quæ Basilius libro de spiritu sancto ἀγραφα uocat, cum necessariis dogmatibus de fide confundamus. Neque enim par debuit haberi ratio prohibiti esus, & suffocati sanguinis, atq; interdictæ fornicationis, tamen si illud eadem autoritate, qua istud, decretum, & multo tempore in ecclesia, communi omnium consensu receptum, atque a deo synodorum Canonibus firmatum sit. Ad tempus enim necessarium hoc iudicatum est. Quamobrem sine religionis præiudicio obsoleuit. sed illud per

petuum est, quod diuina lege expressum sit, neque fornicarios, neque adulteros regnum dei possessuros. Act.

15. 1. Cor. 6

Cæterum ubi scriptores uariant, liberum habet lector auditorue iudicium, quid approbet uel improbet, ita tamen ne quis temere sibi confidat, sed in rebus dubiis doceri magis cupiat q̄ docere, & ubi necessariū uidebitur, iudicium de ambiguis Ecclesiæ deferat. iuxta illud Apostoli: Cæteri diiudicent. 1. Cor. 14. nam & Spiritus per Ecclesiam probādi & diiudicandi. nec statim singulis permittendum scripturas, in quibus sunt multa difficilia intellectu, pro suo ingenio interpretaui. 2. Petri vlti. Est autem uniuersalū Ecclesiæ perpetuus consensus & orthodoxorum generalium consiliorum, quibus pridem omnes Ecclesiæ assensum præbent, ac autoritas, à particularium Ecclesiarum & synodorum autoritate diserte discernenda. Hoc enim uniuersalis ille consensus, ac admirabilis in unam eandemq; doctrinam conspiratio proprium habet, ut eius interpretationi standum sit, quod notis infallibilibus nitatur, quæ sunt promissiones diuinæ de spiritu ueritatis, ecclesiæ inquam de futura doctrinæ concordia & cum scripturis consensus. Quæ utraq; signum sunt spiritus, qui unitatis dicitur non dissensionis, ut omni ueræ interpretationis, ac salutaris ordinationis dictator & autor est. Hæc consensus Ecclesiarum est etiam piorum sanctimonia, miraculis, & sanguine martyrum comprobata.

## LIBER PROPOSITVS

Caeterum Ecclesiae particulares auctoritatem quidem habent scripturas conferendi, scrutandi, atque etiam interpretandi. Iob. 5. Act. 17. sic tamen, ne pugnet cum perpetuo illo consensu, atque dum uariant sententiae, particulares Ecclesiae minores ad maiores & plures denique, ubi necessum erit, ad uniuersalem ecclesiam referant, quod fieri debet per coetus, qui in synodis conuenient, quarum aliae sunt Episcopales, aliae provinciales, aliae nationales, aliae uniuersales.

Atque haecenus de nota uerbi dictum sit.

### De sacramentis. X.

**E** Secundum signum, quo Ecclesia dignoscitur, sacramenta sunt, & illorum legitimus usus: constat enim sacramenta duabus potissimum de causis diuina auctoritate instituta esse, una, ut essent signacula & uelut tesserae quaedam huius magnae congregationis, quae est Ecclesia. Nam ut Augustinus inquit, in nullum nomen aut uerum aut falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, uel sacramentorum uisibiliu consortio colligantur. Quamobrem dominus Iesus Christus leui iugo suo, & leui sarcinae nos subdens, sacramentis numero paucissimis obseruatione facillimis, significatione praestantissimis, societatem noui populi colligauit. Altera, ut sint certa & efficacia signa uoluntatis & gratiae Dei erga nos, et proinde non signa, ut tantum signent, sed ut sanctificent, & nos de accepta gratia certos efficiant, utque in nobis fidem excitent, & ad mutuam dilectionem, sanctos & christianos

mores, prouocent, & inhortentur.

Recte ergo describitur, sacramentum esse signum uisibile inuisibilis gratiæ Dei. Est enim tale signum, quod in sensum externum incurrens, admonet & erudit nos, ut quod foris in specie uisibili gerimus, intus per Dei uirtutem effici credamus.

Constat uero sacramentum duobus, elemento sensibili, uti signo: & uerbo, quod dum accedit ad elementum, fit sacramentum.

### De sacramento ordinis. XI

**I**Am quia Deus ministerio uerbi Euangelium suum & per Euangelium certitudinem salutis in omnes gentes propagare uoluit, ordinem instituit. primū ne si quilibet hoc munus præter omnem delectū usurparet, doctrina fieret incerta, & tāquam paruuli fluctuantes, circumferremur omni uerbo doctrinæ in nequitia hominum, per astutiam ad circumuentionem erroris. Ephes. quarto.

Deinde ut certi essemus, ministerium uerbi & sacramentorum non esse metiendum ex personis ministrantium, sed ex autoritate diuina. Christus enim a ministris hęc in se transfert dicens, sicut me misit pater, & ego mitto uos: qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit. Denique ut sciremus non esse priuato iudicio abrogandā autoritatem ministris ob malā tantū uitam, quamdiu doctrinam Christi & sacramenta ueritæ administrant, & ab ecclesiis tollerantur, sed legitime ordinationi, quamlibet eam mali ad tempus oc-

## LIBER PROPOSITVS

cupent, suam authoritatem non esse detrahendam. sicut scriptum est, Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi: quæcunque dixerint uobis facite.

Hanc ordinationis uim, atq; adeo ordinem, esse sacramentum in ecclesia diuinitus institutum ignorantes Donatistæ, foedissime lapsi sunt, quos beatus Augustinus ualidissime reuincit, ac confutat.

**Ff** Verbum huius sacramenti est, quo eos Christus de autoritate ministrorum, et efficacia ministerii certos facit: Sicut, inquit, misit me pater & ego mitto uos. Accipite spiritum sanctum, quorum remisseritis, &c. Item, euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Item, euntes docete omnes gentes, baptizantes eas.

**Gg** Elementum uero huius sacramenti, secundum generalem eius rationem, est impositio manuum Episcopaliū, qua significatur, electos confirmari in opus ministerii, & accipere potestatem prædicandi uerbi, consecrandi Eucharistiam, administrandi sacramenta, ordinandi omnia in ecclesia, ad ædificationem, & cohercendi rebelles ac criminosos.

Vis autem huius sacramenti complectitur potestatem ordinis & iurisdictionis. Potestas ordinis, ministerium uerbi, administrationem sacramentorum, & ecclesiarum ordinationem ad ædificationem. Iurisdictionis uero potestatem excommunicandi, & resipiscentes absoluedi continet.

Sunt

Sunt autem in ecclesia alii maiores, alii minores ordines, qui sunt presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, acoluthorum, lectorum, exorcistarum, et ostiariariorum, quorum omnium legitimus usus, & administratio, ad ueteris ecclesie regulam, & morem restitui petuntur.

Ceterum inter Sacramenta, quae in ecclesia publico ministerio exhibentur, & quibus gratia fidelibus diuino munere confertur, hoc differentiae habendum est, quod quaedam augustiora & magis principalia sunt, ueluti Baptismus, ordo, Eucharistia, & absolutio, sine quibus Ecclesia non consistit. Quaedam uero in hoc data & instituta sunt, ut sint quidem sacra symbola in subleuationem & medicinam humanae infirmitatis, at non necessaria ut illa priora, quanquam ualde utilia & salubria, modo tamen religiose & pie administrentur & accipiantur.

### De sacramento Baptismi. XIII.

**B**aptismi Sacramentum mandatum Domini, & Hb  
 diuinam promissionem habet, quae his uerbis continetur: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, filii, & spiritus sancti. Mathei. 28. Et, qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Mar. 16.

Elementum uero eius secundum generalem baptismi Ii  
 rationem est aqua. iuxta illud Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Iohan. tertio. Est enim baptismus

D.ii. laua

## LIBER PROPOSITVS

lauacrum aquæ in uerbo uitæ. Ephes. 5. quo non carnis sordes abiiciuntur, sed quo fit, ut bona conscientia bene respondeat apud deum per resurrectionem Iesue Christi, qui est in dextra Dei deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficiamur. 1. Pet. 3.

Uis ergo Baptismi in his, qui rite et nõ fecte accedunt, est diuina uirtute ab omni peccato mundari, & per spiritum regenerationis ex filio in æ effici filium Dei. Tit. tertio. commori & conssepiliri Christo, & resurgere cum Christo in uitæ nouitate, ut conssepulti cum illo, & participes facti mortis eius, participes quoque resurrectionis eius sumus, nouam uitam non nostram, sed diuinam uirtute, qua ille excitatus est, nobis per spiritum communicata, in nobis inchoantes. Rom. 6.

Confert uero baptismus iustificationem, & de ea nos planè certos facit, ut Paul. Gala. 3. testatur. Quicumque, inquit, in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Hæc baptismi uis memoranda & exercenda est tota uita, ut homo Christianus mortali huic moriatur usui, ut abrenuncians mundo & Diabolo, seipsum abneget, ut in deo respiret, & nouam uitam meditetur, donec hoc mortale induat immortalitatem, & caro per infirmitatem sepulta resurgat in gloria. 1. Cor. 15. Resurrectionis enim nedum spiritualis, sed & carnis, quæ futura est, baptismus pignus est & imago.

Quemadmodum Ambrosius in Cap. sexto, ad Romanos docet.

Docendum etiam est, ecclesiam mandatum ab Apostolis

stolis accepisse baptizandi paruulos, esse que non solum adultis, sed etiam paruulis baptismi gratiam necessariam ad salutem, quod & in illis genuinae sordes peccati sint, quae per aquam & spiritum aboleri debent, iuxta illud Euangelii: Nisi quis renatus &c. Ad quos etiam promissionem Euangelii pertinere constat, quam impossibile est pertinere ad eos, qui non sunt Ecclesiae inserti per baptismum, & damnandi sunt fanatici anabaptistae, qui paruulorum baptismum non recipiunt, & paruulos sine baptismo saluos fieri adfirmant.

## De sacramento confirmationis. XIII.

**P**ost baptismum succedit sacramentum confirmationis, quod etsi non sit necessitatis ad salutem: uero Kle  
 bo Christi tamen in initio, quo promisit patrem rogantibus se daturum spiritum sanctum. Elementum uero est, manuum impositio, ad quam etiam apostolorum tempore spiritus sanctus sensibilibiter descendit in fideles. Postea cum amplificata Ecclesia, donum illud diuersitatis linguarum non esset amplius ad astruendam fidem necessarium, remansit tamen manuum impositio: & auctoritate quoque Ecclesiastica surrogatum est symbolum Chrysmatis, quo inuisibilis & interior unitio spiritus sancti, fidem Christi post Baptisma professis denotaretur, ut testantur patres.

Vis ergo sacramenti est, ut qui eo symbolo cum fiducia uerbi & gratiae Christi, quemadmodum in aliis sacramentis confirmantur, intelligant ac credant se ac-



## LIBER PROPOSITVS

cipere spiritum sanctum, quo solo in uia salutis progredi, perseverare, & tentationibus & insidiis carnis, mundi, diaboli, feliciter resistere possint.

- LI Et quia nunc infantes omnes baptizantur, & ad Baptisma fidei professionem per se non adunt, conueniet ut pueri, postquam catechizati, & de religione Christi instituti, ad confirmationis sacramentum precipiendum adducantur, fidem Christi & obedientiam Ecclesie suo etiam ore profiteantur, quemadmodum in Concilio Aurelianensi Canone tertio (qui habetur de consecratione distin. 5. capite ut ieiuni) constitutum est, ut tamen hinc aliarum Ecclesiarum mos hactenus obseruatus non damnetur, donec consilio generali super eo statuetur.

## De sacramento eucharistiae. XIII.

**E**ucharistiae sacramentum uerbum habet, qui est omnipotens Christi formo, cuius uirtute hoc sacramentum conficitur, & quo fit ut post consecrationem uerum corpus & uerus sanguis Domini uere & substantialiter adsint, & fidelibus sub specie panis & uini, illis nimirum, hoc est pane & uino, in corpus & sanguinem domini transmutatis & transsubstantiatis, distribuantur, qui habet in hunc modum: Accipite & manducate ex hoc omnes, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Et ad calicem: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Elementum uero est panis & uinum: ad quae cum

accedit uerbum, fit sacramentum. Duobus enim hoc sacramentum conficitur: Visibili Elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, quæ hoc sacramento uere & realiter participamus.

Vis huius sacramenti est, ut per uiuificatricem carnem saluatoris nostri Iesu Christi ei nedum spiritualiter, sed & corporaliter iungamur, & efficiamur os de ossibus eius, & caro de carne eius, certificati quod in ipso Christo Iesu acceperimus remissionem peccatorum, & in sacramento uirtutem restringendi concupiscentiam in membris nostris hærentem. Dulcissimum certe pignus remissionis peccatorum, uitæ æternæ, & societatis cum deo nobis in Christo promissæ & exhibitæ.

De sacramento pœnitentiæ seu  
absolutionis. 15.

**H**uius sacramenti uerbum Mathei. 18. quæ ligat Mat  
ueritis super terram, erunt ligata in cœlis, &  
quæ solueritis, erunt soluta in cœlis & c. Et Io-  
han. 20. legimus: Hæc inquit Euang. cum dixisset Ie-  
sus, insufflauit in Apostolos, & dixit eis: Accipite spi-  
ritum sanctum, quorum remiseritis peccata remitten-  
tur eis, & quorum retinueritis retentæ erunt. Verbum  
sane omni suauitate plenum & redundans, quo miri-  
fice eriguntur conscientia lapsorum post baptismum,  
quibus impii Nouatiani pœnitentiam in Ecclesia dan-  
dam esse, blasphemæ in dei misericordiam uoce, nega-  
uerunt.

LIBER PROPOSITVS

Elementum uero est ritus ille exterior, quo impartitur & accipitur absolutio in uerbo Christi. Et quoniã sacerdotes in hoc sacramento medicos agunt spirituales, quã conscientias & peccatorum & uitiorum laqueis implicitas expedire, & mole iræ dei pressas consolari & erigere debent: ideirco peccata saltem læta

Hic prote lia, quorum quis sibi conscius est, & quæ conscientiam stãtes exhi perplexam tenent & angunt, cõsistenda sunt, iustum buerũt suũ quoq; et sanctum est, ut ad minimum quotannis semel scriptũ sig quilibet se curationi pastoris sui subiciat, quo pastor natum. fidem & conuersionem consistentis exploret: & pro

C. sua spirituali prudẽtia, & prudenti arbitrio ex uerbo dei informando, morbis consistentis salutarem medicinam adhibeat. Huc enim respicit parabola de samaritano Luca. 10.

Vis aut huius sacramenti est, ut intelligant, nec dubitet, qui eo signo à peccatis, quæ iam legitime confesse sunt, absoluantur & ecclesiæ recõciliantur, se peccatorum uinculis liberari, & Christum in cœlis ratum habere, quod minister eius nomine gerit in terris. Et quo

Nn miam potestas clauium selatius, quã ad remissionem De satisfas peccatorum porrigit, de iis postea fusiùs dicemus.

Etione pro De satisfactione quoq; decendum est, satisfactionẽ testãtes ex propitiatoriã culpæ, & abolitoriã æternæ pœnæ, solibibuerunt Christo tribuendam esse. Satisfactionem uero Canoscriptũ suũ nicam, quæ & castigatoriã dici potest, à parrhocis et signatum, præpositis sacramentorum acceptam, & ex fide pera-

D. Nam, præteritorum peccatorum causas excindere, et

peccati reliquius mederi, temporariam quoque poenam seu tollere seu mitigare, in exemplum denique adhiberi. Caterum poenarum reservationem neminem ad integrum nosse nisi Christum Iesum, cui pater omne iudicium dedit, & propterea poenarum discussionem & exactum iudicium soli Deo relinquendum esse.

De sacramento matrimonij. 16.

**M**atrimonij sacramentum solis christianis peculiarare est, qui sciunt matrimonium, quod in dei & Christi nomine iungitur, & contrahitur, unius uiri & feminae unius, sanctam & ratam esse coniunctionem, benedictione & consecratione Christi firmatam, quod non ita in infidelium matrimoniis obtinet. Christus enim, sublato Iudaico diuortio, quod genti illi Moyses ob duritiam cordis permisit, matrimonium in primam uindicauit puritatem. Mat. 19. Id quod etiam intimae illius sui & ecclesiae coniunctionis sacrum symbolum esse uoluit. Eph. 5.

Verbum huius sacramenti situm est in sermone Christi, dum inquit: Qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos. & dixit: propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Et paulo post, Moyses ob duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras, ab initio autem non fuit sic. Quamobrem quicumque dimiserit

## LIBER PROPOSITVS

uxorem suam, nisi ob fornicationē, & aliam duxerit, moechatur. Quod Apostolus. 1. Cor. 7. interpretatur, cum ait: Hi qui in matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed dominus, uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere intactam, aut viro suo reconciliari.

Elementum huius sacramenti, est exterior illa viri & mulieris coniunctio, qua in dei nomine & Christi in ecclesia copulantur. Quod Paulus uocat nubere in domino. 1. Cor. 7.

Vis ergo sacramenti est, ut intelligant coniuges se non humana, sed diuina aut oritate coniunctos, gratiam accepisse, qua ipsis legitimus coniugalis congressus non imputetur ad culpam, qua & Christianus gentilem coniugem secum manere eligentem sanctificet, & sanctos, hoc est deo dicatos filios exuscitet, qua denique perpetuam fidem coniugi seruet, ut sint duo in carne una, ut christus, & ecclesia. Tob. 3. & 6. Heb. ulti. 1. Cor. 7. Eph. 5. Huius sacramenti uim ignorantēs Manichæi & Tatiani, qui & Eucratitæ, matrimonium ex doctrina dæmoniorum prohibentes, apostolica censura damnati sunt. 1. Tim. 4.

Quæ uero de diuortiis & matrimonialibus iudiciis deliberanda erunt, reseruentur ad reformationem.

### De sacramento vñctionis infirmorum. 17.

**V**NCTIO infirmorum in ecclesia usitata ex uerbo Jacobi Apostoli desumpta est. Hic enim Apo-  
sto-

stolis, haud dubium non suo nomine, sed ut seruus le-  
 su Christi uobis tale mandatum reliquit. Infirmatur  
 quis, inquit in uobis? inducat presbyteros ut orent su-  
 per eum ungetes eum oleo in nomine Domini, & ora-  
 tio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum domi-  
 nus: et si in peccatis sit, remittentur ei. Iacob. 5. in quo  
 fitum est huius sacramenti uerbum quod fide appre-  
 henditur. Oleum uero est huius sacramenti elemen-  
 tum, quo significatur a groto, quod morbo suo infirmi-  
 tate corporis de lassatus respirare debeat in uno Chri-  
 sto, qui est unctus oleo letitiae prae omnibus partici-  
 pib. suis, ut cogitet se ueluti athletam aliquem in ex-  
 tremam pugnam constitutum in nomine domini iniungi,  
 ne ulla ui morbi, nullisue diaboli insultibus succum-  
 bat, sed confortatus fide, carne, mundum & satanam  
 sub pedibus uelociter conterat, idque in illo, in quem  
 ungitur, Christo.

Ad hoc ergo haec unctio adhibetur cum oratione,  
 ut infirmus in fide & ecclesiae oratione confirmatus  
 confidat se à Deo uelut uiuum ecclesiae membrum re-  
 spici & exaudiri, ut que uelut fortissimus miles imi-  
 tam spem sumat de aduersis omnibus in Christo tri-  
 umphandi, ut denique certa fiducia, siue moriatur, siue  
 reconualescat, aeternam salutis promissionem infallibi-  
 lis Dei, non aliter, atque certissimae anchorae innixus,  
 complectatur & expectet.

De vinculo charitatis, quae est ter-  
 tia ecclesiae nota. 18.

**Pp** **T**ertia nota, qua dinoscitur ecclesia, est uinculum  
 charitatis, & pacis. Eph. 4. inter cætera ecclesiæ  
 charismata longe præstantissimum. 1. Cor. 13.  
 quod ut in ecclesia firmum constaret, uocauit nos ini-  
 tio deus per baptismum in unitatem corporis mystici,  
 inoique quem cœlitus demissum hausimus, spiritu nos  
 potauit, ut scilicet inuicem essemus membra.

De ecclesiæ hierarchico ordine,  
 & in constituenda politia  
 authoritate. 19.

**De hoc to-** **S**ic autem corpus istud mysticum, & multis mem-  
**to articulo** **bris** coagmetatum temperauit, ut unum alterius  
**exhibue-** **opera** indigeret, & quod præstantius & nobilius  
**rūt Prote-** est, ignobilius, & infirmius nõ despiceret, quo nullum  
**stantes suū** esset in corpore schisma, sed in idipsum sollicita sint me-  
**articulū de** bra, ut si quid patitur unum membrum, compatiantur  
**unitate ec-** cætera, siue honorificatur unum membrum, congaude  
**clesiæ sig-** ant simul & omnia membra.  
**natum. E**

Unicuique ergo membro data est gratia secundum  
 mensuram donationis Christi. Nam etsi idem sit spiritus  
 tus, tamen diuisiones gratiarum sunt: idem sit domi-  
 nus, diuisiones ministeriorum sunt: idem sit Deus, qui  
 operatur omnia in omnibus, diuisiones tamen operatio-  
 num sunt. 1. Corinth. 12.

Itaque ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam au-  
 tem prophetas, alios uero Euangelistas, alios uero pasto-  
 res & doctores ad instaurationem sanctorum in opus  
 mini-

ministerii, in ædificatione corporis Christi, donec perueniamus omnes in unitate fidei & agnitionis filii dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plene adultæ Christi, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & non circumferamur omni uento doctrinæ, per uersutiam hominum, per astutiam, qua nos adoriuntur ut imponant nobis, ueritatem autem facientes in charitate crescamus in illo, per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam sub ministracionis, secundum operationem in mensura uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui per charitatem. Ephes. 4.

Quamobrem, ut D. Cyprianus inquit, ecclesiæ unitas firmiter tuenda & uindicanda est, maxime ab episcopis, quia in ecclesia a postolorum loco præsent, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indiuisum probemus. Episcopatus siquidem unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatis extēditur, quomodo solis multi radii, sed lumē unū, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum.

Proinde quoque Christus, quamuis a postolis omnibus, ut idem Cyp. ait, post resurrectionē suam, parem potestatem tribuat, tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit: hoc enim ut subiicit, erant utique cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi,



## LIBER PROPOSITVS

di, & honoris & potestatis. Sed exordiū ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una mōstretur. Hactenus ille.

Hinc scripturæ Petrū ueluti uerticē, & os, & principem Apostolorum describunt, cui Christus nedū potestatem, sed & nomen suum cōmunicauit, etsi nō ipsi soli, sed tamē ipsi principaliter eū alijs, ut unitas ecclesie insinuaretur, præcipuam sollicitudinē, dum ei pasceudas oues committeret, Iohan. 21. imposuit, & curā confirmandi fratres in ædificationem & robur ecclesie iniunxit. Lucae. 22. Quam & statim in exordio ecclesie suscepisse uidetur. Quemadmodum in actis Apostolorum legimus Capite nono, quod transiuerit et inuiserit uniuersos, quam tamen nō in destructionē eorum, quæ cæteri bene ædificassent, sed in confirmationem magis contulit, cum scilicet agnosceretur Euangelium per cæteros prædicatum per omnia respondere Euangelio sui apostolatus: atq; adeo unum, & idē Euangelium omnium esse, quæ & Paulo fuit causa proficiscendi Hierusalem, & conferendi Euangelium cum Petro, Iacobo, Iohanne. Gal. 2. Non quod Euangelium per Paulum prædicatū, id quod à solo deo acceperat, ab illorum authoritate penderet, sed ut illi eandē prædicationis gratiam in Paulo agnoscentes, dextras ei societatis, quod est concordie & conuenientie signum, darent, & eo signo ecclesias in fidei & charitatis uinculo confirmarent, ut inter cæteros Tertullianus testatur.

Et quis Christus hanc ecclesie unitatē hierarchico

ordine usque ad finem durare uoluit, idcirco in locum apostolorum, diuina nimirum dispensatione, successerunt Episcopi, qui singuli singulis ecclesiis ut Hieronymus inquit, in schismatis remedium propositi sunt, ne unusquisq; ad se trahens ecclesiam Christi, unitatem pereret. Inter Episcopos quoq; cuiusque prouinciae unus archiepiscopus qui & Metropolitanus, & inter Metropolitanos, Patriarchae seu Primates constituti sunt, qui initio tres tantum numerabantur. Quorum Romanus, ueluti cathedram Petri uicaria successione obtinens, primas iudicatus est, non quod dignitate sacerdotii ceteros antecelleret, sed magis amplitudine sollicitudinis, & prerogatiua iurisdictionis, ut ecclesiae unitas conseruaretur, anteiret. Hoc ordine ita custodito, & per legitimam successionem Episcoporum conseruato, uinculum illud charitatis omnibus charismatibus supereminens in primis firmatur. Quod Iræneus lib. 3. & 4. contra haereses saepe testatur ac docet. Caeterum ut uinculum illud charitatis, quod, ut Augustinus inquit, proprium est catholicae ecclesiae donum, commodus retineretur, Christus ministris & ecclesiae suae potestatem fecit, politiam ecclesiasticam ordinandi, quae in piis caeremoniis & disciplina ecclesiastica consistit. Iam quod ad caeremonias attinet, mandatum habent & potestatem, qui praesidet, nedum caerimonias, quas ad excitandam retinendamq; pietatem facere arbitrabuntur, ordinis & decoris causa constituendi: sed & ritus externos in diuinis literis expressos ad fidei

## LIBER PROPOSITVS

Et charitatis regulam dirigendi ac exhibendi, ac prout secundum temporum ac locorum rationem fidelium salutem expedire et sufficere nouerint, disponendi ac moderandi, quo spectat illud Euangelii: Quia dominus est filius hominis etiam sabbathi. Lucae sexto. Item de disciplina (quae à clauē iurisdictionis pendet, et sine qua Euangelicus uigor in ecclesia non subsistit) constituenda ac diligenter retinenda, praesides, ac obediendi praepositis subditi mandatum habent. Heb. 13. I. Cor. II.

Et sic tamen, ut haec caeremoniae et disciplina hoc sine in ecclesia instituantur, et administrantur, non ut in illis fiducia salutis, quae in gratia domini nostri Iesu Christi consistit, reponatur. Hoc enim esset Deum frustra colere mandatis hominum, contra mandatum domini. Math. 15. et Esa. 1. sed tantum ut sint incitamenta et retinacula pietatis, ut omnia in ecclesia pie, decenter, honeste, et ordine fiant. I. Cor. 14. Quae tales quoque erunt, ne ullatenus ab Euangelica puritate et simplicitate dissentiant, ne ue laqueum conscientis iniiciant, et Christianae nihil derogent libertati. I. Cor. 7.

Libertas autem Christiana in hoc potissimum sita est, ut qui gratia Christi Iesu, et donatione spiritus sancti à coactione legis liberati sumus, ultro facientes, quae lex moralis praecipit, sciamus iustitiam nostram, quae spiritualis esse debet, ab externis obseruationibus non pendere. eas, sicut propter retinendam et fulciendam

fidem infirmorum, & charitatem instituta sunt, ita  
 charitati cedere debere, atque etiam si res ita postula-  
 re uideatur, sine peccato omitti posse. Ita tamen si absit  
 & scandalum & contemptus. Luc. 6. Tunc enim sem-  
 per plus illud ualeat, Misericordiam uolo, & non sacrifi-  
 cium, Math. 12. Haec tamen de Ecclesiae notis & autho-  
 ritate generatim dictum sit. 5.

Dogmata quaedam, quae Ecclesiae autori-  
 tate declarata, firmata sunt. 20.

**C**eterum quaedam etiam speciatim recensenda  
 sunt, quae hac autoritate, qua ecclesia, tum in  
 diiudicandis scripturis & dogmatibus, tum in  
 conferuanda politia utitur, firmata sunt & constitu-  
 ta. Ex prima illa itaque autoritate, qua ecclesia de  
 scripturarum interpretatione, intellectu, & mente  
 iudicat, sunt sequentia dogmata, & explicationes ue-  
 luti diuinitus tradita, ut sunt, Symbolum A postolo-  
 rum, de consubstantialitate trinitatis, de aequalitate  
 personarum, de duabus naturis, & unitate personae in  
 Christo, de duplici uoluntate in Christo, de peccato  
 originali, de baptismo infantum, & similes.

Hac quoque autoritate receptum est, sanctos, qui  
 ad uitam futuri saeculi praemissi sunt ueluti nobilissi-  
 ma ecclesiae membra, quos pater coelestis filios agnoscit  
 & honorat, Iohan. 12. Filius ut fratres ac coheredes  
 habet, Roma. 8. Spiritus sanctus templa sua uocat. 2.  
 Cor. 6. laudandos: ac eorum memoriam, & ad exci-  
 tandam imitationem, & ut meritis eorum consocie-  
 mur,

## LIBER PROPOSITVS A

mur, religiosa solennitate celebrandam esse, quemadmodum Aug. habet, contra Faustum Manichæum lib. 20. ca. 21. Et Paulus ad Heb. 13. Quorum inquit intuentes exitum conuersationis, imitemini & fidem. Sentit anim ecclesia (nec destituta quidem in hoc scripturis) sanctos miro desiderio salutis nostræ (uti unius eiusdemque nobiscum corporis membra, quæ sine nobis consummandâ non sunt. Hebr. 11.) teneri, & proinde eos Deum pro nobis exorare, Deum quoque sanctos pro nobis sollicitos exaudire, & propter illos nobis benefacere. Exod. 32. Daniel. 3. Et ut non dubium est, sanctis sua esse merita, quæ tamen etiam dei sunt dona: ita communi Ecclesiæ consensu receptum est, ut pie in hunc modum oretur Deus, quo sanctorum suorum meritis precibusq; concedat, ut in omnib. suæ protectionis muniamur auxilio, non quidem ipsorum me-

Rr ritis ex se, uerum per Christum dominum nostrum, De hac par cuius gratia & illi seruati sunt, cui etiam omne merite & super tum illi acceptum ferunt.

paragra- Nec damnandum est, si quis religiosa quadam pietate  
phosequen te, & animi quodam ardore in commemoratione tam  
ti protestâ intimæ nostræ cum illis in Christo unionis, eos etiam  
tes exhibu nominatim apellet, sed extra preces quæ ad altare of  
erunt scri- feruntur: in quibus ad solum Deum patrem per Chri  
ptum suum stum dirigenda est oratio, ut habet concilium Car  
de sanctis thaginense tertium. Sic tamē ut tota fiducia in solum  
signatū. F. Christum Iesum omnis boni authorem reponatur, &

Sf nihil, quod deo proprium est, sanctis tribuatur, tantum

tum uero ut conserui, qui iam meruerunt fieri supernorum ciuium consortes, nõ secus quàm qui nobiscum adhuc in carne sunt, sancti dei homines, ad iuuandas nostras preces, apud deum implorentur.

Et quia facilis est hominum à uera pietate in superstitionem lapsus, diligenter ac sedulo de his docendi sunt homines, hoc est de collocanda solum in deum fiducia, soli Deo sacrificia offerenda, solum deum ut unicum salutis nostræ authorem inuocandum: sanctos uero non aliter habendos, quàm sedulos apud Deum precatores; nostræ salutis auidos, eosdemq; non in sua uirtute, sed in ipso Deo (cui de illorum uictoriis gratiæ agenda sunt) honorandos, & imitandos.

Præclare certe Augustinus lib. 3. contra epistolâ Pelagii ad Bonifacium, Cap. 3. non inquit, constituimus martyribus templa, sacerdotia, sacra & sacrificia, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. honoramus sane memorias eorum tanquàm sanctorum hominũ Dei, qui usq; ad mortem suorũ corporum pro ueritate certarunt, ut innotesceret uera religio, falsis religionibus uictis atq; conuictis. Quis autẽ audiuit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctum corpus martyris, ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus? Offero tibi sacrificium Petre uel Paule, uel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines, & martyros fecit, & sanctis suis angelis cœlesti

## LIBER PROPOSITVS

honore sociavit, ut ea celebritate & Deo uero de illorum uictorijs gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, & palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoriae recordatione adhortemur. Quaecumq; igitur adhibentur religiosorum obsequio in martyrum locis, ad ornamenta sunt memoriarum, nõ sacra sunt, uel sacrificia mortuorum, tanquam Deorum. Hæcille. De sanctorum martyrum ueris reliquijs, ea semper fuit in ecclesia sententia, quòd reuerenter et religiose habendæ essent, primum quòd hi sanctorum cineres & ossa ueluti quedam relictæ nobis pignora, & exuuiæ, nos eius, quæ in illis fuit, fidei & charitatis commonefaciant, dum scilicet recogitamus hæc eadẽ ossa illa, quibus cõpaginatum olim fuit corpus inhabitantis gratiæ domicilium, quib. cohæserunt membra, iam pridem templa spiritus sancti fuisse. Qua recordatione fides nostra in Deum, non dubium, excitatur, ut quemadmodum illi per fidem uicerunt regna, & operati sunt iustitiam, ita & nos eundem fidei spiritum habentes, eorum exemplo confirmati, aduersa omnia in domino uincere annitamur. Quamobrem etiam Deum tam insignia sæpe miracula ad martyrum memorias ædidisse compertum est: nimirum ut fidem suorum incederet, & eos ad imitationem sanctorum prouocaret. Nam ut Augustinus: (cũ ecclesiã in miraculo ad memoriã B. Stephani factõ plaudente refert) quid, inquit, erat in cordibus exultantiũ, nisi fides Christi: pro qua Stephani sanguis effusus est.

Deinde reliquiarum uenerationem in hoc quoq; uti-  
lem iudicauit uetustas, quod & futuram resurrectio-  
nem tacito quodam affatu nobis promittant, & spem  
nostram ad futuram glorificationem corporis expectā-  
dam erigant. quod certe tum fit, dum recolimus eadē  
illa sanctorum corpora, quandoque, et si immutata, ad  
uitam excitanda, ac Deum nostrum esse deum Abra-  
ham, deum Isaac, deum Iacob, deum inquam non mor-  
tuorum, sed uiuentium.

Sed quoniam hic facile surrepit superstitio, quod plu-  
rimus abusus hactenus ostendit, populus diligēter de-  
cendus est, non fidere reliquiis, nec reliquias adorare,  
sed in eis tantum exosculari sanctorum fidem, & cha-  
ritatem, atque hinc uitæ & doctrinæ recordatione ac-  
cendi, futuræq; resurrectionis spe fidcirī debere. Ve-  
rum & hoc interim ualde cauendum est, ne aliæ quā  
ueræ reliquæ, & uera sanctorum martyrum monu-  
menta habeantur, neue ipsæ reliquæ ad quæstum ex-  
ponantur, aut circumferantur. Quod ita quoq; in mul-  
tis Synodis constitutum est.

Iam & imaginum usum non in totum esse damnan-  
dum, communi ecclesiæ consensu probatur. sed hoc om-  
nino cauendum, ne illis aliter quā imaginibus uta-  
mur, quod tum fit, cum ad excitādā modo gestorum  
recordationem, & historiæ memoriam adhibentur, us-  
luti cum imago saluatoris nostri non ideo statuitur,  
seu pingitur, ut ipsa quasi Deus colatur, uel Christi-  
aniam cultus aliquis ad eam instituat, sed ut propo-



LIBER PROPOSITVS

natur tantum, ad admonendum homines, Christi, & eorum, quæ pro nobis passus est, ut in eius amore incallescamos, cuius imaginem uideri desideramus.

In primis ergo prouidendum est, ne ullæ imagines quàm uerarum rerum & historiam in ecclesiam inuehantur. Deinde ne ad sæculi uanitatem adsingantur. demique ne in imagines ipsas ulla fiducia collocetur. Nam tum demum sine periculo retinentur, si nihil eis diuinitatis tribuatur, si nulla spes salutis in eis reponatur, sed tantum ad memoriam, & recordationem, ueluti quædam trophæa rerum diuinitus gestarum habeantur, & quod imagine representatur, non autem ipsa imago ueneretur.

Vu Ad hæc omnis ecclesia Missam, in qua uerum corpus & uerus sanguis Christi cõsicitur, sacrificium esse exhibuerit consentit, sed incruentum & spirituale. in ea enim (modo pie & religiose agatur) Deo quatuor spiritualiter propriū offeruntur. Initio enim Christus, qui seipsum patri inscriptum mortali corpore cruentam, sufficientem, & bene plasmatum. G. ceterum pro totius mundi peccatis hostiam cruci affixus obtulit, idem ille in Missa (quæ est omnium sacrorum sanctissima actio, et publicum in ecclesia ministerium) totius ecclesiæ nomine, representatiuo sacrificio, eidem Deo patri immolatur.

XX Quod certe fit cum ecclesia illum eiusque uerum corpus & sanguinem Deo patri pro totius mundi peccatis pia prece sistit. Nam etsi oblatio illa in cruce semel facta transit non reiterabilis, uictima tamen ipsa immola

molata perpetua uirtute consistit, ut non minus hodie in conspectu patris oblatio illa in *is*, qui eam Deo religiosa fide representant, sit efficax, quam eo die, quae de sacro latere sanguis & aqua exiuit.

In quam sententiam patres corpus & sanguinem Christi in altari praesentia, nunc precium pro peccatis totius mundi, nunc precium redemptionis nostrae, nunc uictimam salutarem appellare consueuerunt. Et Chrysostomus testatur nos eandem hostiam, quae semel oblata est, in sancta sanctorum semper offerre, atque unum esse utrobique sacrificium, unum Christum, & hic plenum existentem, & illic plenum. sic tamen, ut quod nos agimus sacrificium exemplar sit illius, in commemoratione eius, quod factum est semel. Nec ab re, Deo enim in hoc donauit nobis Christum Iesum filium suum, ut de nostris uiribus diffisi, deque nostris peccatis nobis probe consciu, illum ueluti unicam & potissimam uictimam pro nostris peccatis satisfactoriam Deo patri representemus. Ipse enim natus est, ipse datus est nobis, ut quicumque in eum credimus, non pereamus, sed pacem cum Deo, reconciliati per sanguinem eius, habeamus.

Secundo. Ecclesia in hoc Missae sacrificio seipsam quoque, quatenus Christi mysticum corpus est, per Christum Deo offerre non dubitat. Dum enim ex immolatione Christi semel in cruce peracta spiritualiter agnoscit, nos in uniuersum omnes perditos esse, nisi per unicam illam hostiam reconciliati seruemur, sit ut uicissim

## LIBER PROPOSITVS

se totam deo consecret, quemadmodum Christus nos omnes in cruce portabat, et totius ecclesiæ causam gerebat, eam in seipso Deo patri offerens. Sic ecclesia tantam oblationem pia deuotione recolens, se totam per Christum deo uiuo uicissim dedicat.

Et quoniam ramos suos in præterita, præsentia, & futura tempora extendit, & membra habet non tantum, qui præsentem uitam adhuc ex fide uiuunt, sed etiam qui cum signo fidei præcesserunt. Idcirco in hoc augustissimo sacrificio, quod per publicum ministeriũ consentiente fide peragit, cum recolit Christum ob id mortuum semel, ut & uiuorum & mortuorum dominetur, non se diuidit, sed ueluti se totam colligens nõ solum præsentium, sed & sanctorum, quos iam certo apud Deum uiuere nouit, et aliorum quoque fratrum & sororum, (qui in domino, sed non defecati satis, ob dormauerunt) meminit, ac testatur se in hoc sacrificio unitatem corporis Christi intelligere: seq. per fidem tum illorum, qui apud Deum uiuunt, societati suauis communicatione copulari, tum cæterorum omnium in Christo membrorum pia sollicitudine & charitate tangi & teneri.

Quamobrem patres testantur, ecclesiam in eodem sacrificio non solum memorias martyrum cum ad exci-  
tandam imitationem, tum ut meritis eorum consocietur, religiose celebrare, sed & pro fidelibus defunctis in uniuersum supplicare atq. a deo horũ animas eius-  
modi precibus subleuari: qui tamen ut hoc eis post  
mor-

mortem prodesse possit, in hac uita sibi per fidei meritum comparant.

Tertio. In missa sacrificium laudis (quæ huius quoque constitutionis finis est) offertur, hoc est sacrificium fidei, spei & charitatis, atque id in primis gratiarum actionem complectitur, quam pro illo summo beneficio & nobis & uniuersæ ecclesiæ collato persoluimus, propter quam tremenda & reuerenda ista mysteria, Eucharistica appellantur, quod sint beneficiorum recordatio plurimorum, caputque diuinæ erga nos charitatis ostendant, nosque faciant debitas Deo gratias semper exoluere. Gratiarum actioni communicatio & confessio doctrinæ, obsecrationes, orationes, postulationes & preces pro omnibus hominibus, & pia uota, sacrificia certe spiritualia & deo grata, coniuncta sunt, quæ etiam in præsentia tanti sacramenti magis efficacia & plus ualere cõsentur, ut enim Cyprianus inquit: In huius ueracissimi & sanctissimi corporis præsentia non superuacue mendicant lachrymæ ueniam, neque unquam patitur cõtriti cordis holocaustum repulsam. Hic Hierarcha pius, eleuatione manuum crucis mysterium repræsentans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia. Hactenus ille.

Postremo ecclesiæ & dona quædam, tam panis quam uini, ex quibus partim corpus et sanguis Christi conficiebantur, offerebat, partim & eleemosynæ fiebant. Et iustum est, quod populus in hoc sacrificio se nõ tantum uerbis deo cõsecret, sed & symbolo aliquo externo teste

## LIBER PROPOSITVS

testetur, quod se totum dedicet Deo. Nam is mos in ecclesiis pene abolutus est, cum olim omnibus diebus dominicis panis & uinum & res alie ab omnibus tum uiris tum mulieribus ad altare offerebatur, quem admodum decreta, quæ Fabiano tribuuntur, testantur. Iam si Canon ille missæ (quem ueteres solemnem & prolixam precem super panem & calicem trifarie digestam appellarunt) in hunc, quem diximus sensum, intelligatur, nihil habet incommodi, superstitiosa tantum absit opinio: quia quidam de natura & energia huius sanctissimi sacrificii male edocti, uirtutem eius ex solo externo opere, quod facit sacerdos, in se deriuari putabant, tamen si illi nullam uiuam fidem adferrent, nullam pietatem adhiberent, nulla communiõne, uel precum seu orationis sacrificio assensum præberent.

Hic prote- præberent. Quales erant, qui nulla sua ne phandæ imstantes ex- pietatis & execrandorum flagitiorum habita ratiohibuerunt ne, in peccandi proposito perseverantes, se huic sacramentum arti- tiss. ac diuini sacrificii damnabiliter miscuerunt, perculum de suasi sibi missam, solius externi operis, quod sacerdos priuata mis- facit, uirtute prodesse, etsi ipsi nihil probæ mentis adferrent. Quæ opinio damnanda est, atque etiam tales, si publica sint crimina à sacris arcendi: si occulta, ut se à tam tremendis mysteriis, dum resipuerint, subtrahant, docendi sunt.

De usu & administratione sacramentorum, & caeremoniis quibusdam speciatim. 21.

Sunt

**S**unt ex una parte, quibus persuasum est, missam Huius sententia nos speragi non debere, nisi adsint, qui cum sacerdote sacrificante sacramenti corporis & sanguinis sum- sumus. sed ptione communicent. Quod eo fine hoc sacramentum consilium primum per Christum institutum & commendatum quod subiit, ut unus panis et unum corpus multi simus: quod exigitur in li- uno pane & uno calice participamus, atque hunc fu- bro, num id esse ueteris ecclesie morem adstruunt. tale sit, ut

Sunt ex altera, qui existimant missam etiam pie ce eo possit lebrari, si modo adsint, qui spiritualiter tantum cum sa- tranquill cerdote communicent, & sacrificio consensum prae- tati eccle- ant, & si horum quoque sententia populus docendus, si arum utrin & diligenter admonendus sit, ut quam saepissime com que com- municet, & qui quotidie peccat, quotidie quoque an- de & Chri- belet ad sumendam medicinam. Atque hanc sententi- stiane con- am, ne cum ueterum quidem more pugnare dicunt, ac suli, relin- etiam putat hunc usum iustificationi Christi nihil prae- quimus iudicare, quod Sacerdos hoc publicum in ecclesia mini Cæs. Ma. sterium gerens, se omnibus, qui toto terrarum orbe hoc & sacri im- sacramento participant, per fidem adiungat, adhuc ue perii ordi- rentur isti, ne si hic usus ex ecclesia tollatur, fieri posse nib. expen- ut (quæ est hominum presentis temporis in frequen- dendum, tãdis mysteriis accidia) hoc sacrificium laudis, quod Chri- lul. pflug- stus in Ecclesia frequentissimum esse uoluit, quam ra- loan. Grop- rissime celebretur. Ac demum etiam in totum fere o- mittatur.

Hic quoniam utrique de sua sententia sunt persua- si, fieri forsitan possit, ut singuli in suo sensu abundare

## LIBER PROPOSITVS

permitterentur, ne hi qui sine communicatibus sacramentaliter, cum astantibus tamen & consensum sacrificio præstantibus, sacrificium offerunt, damnarentur. Illi uero non cogentur aliter quàm præsentibus communicantibus Missam habere.

Rursum sunt ex una parte, qui dicunt Sacramentum corporis & sanguinis sub utraque specie populo administrari debere, quod id Christi mandato & institutioni, & mori ueteris ecclesiæ sit consentaneum.

Sunt ex altera, qui cum existiment hoc potissimum in Sacramentis spectandum, quo signatis magis quàm signis fruamur, & acquiescamus, ac constet interim sub una tantum, quantum sub duabus speciebus contineri, asserendum non esse, ut impium damnandū, quod ecclesia iam multis seculis laicos una specie contentos recte communicare, & nihil cōtra institutionem Christi facere est arbitrata, eo maxime quod Christus eam autoritatē ecclesiæ reliquisse uideatur, ut in externis Sacramentorum ceremoniis eam moderationem adhibere possit, quæ pro ratione temporum & locorum fidelium salutem, cum sufficere, tum cōmodare existimetur.

Verum cum iam plurima in Germania plebs persuasa sit, Christi mandatum & institutionem requirere, ut integra Sacramēta accipiat, & omnino cauendum, ne quis ad hæc sacrosancta mysteria participanda cum mala conscientia accedat, operæ precium uidebitur, si ecclesia, ad medendum his malis, omnibus liberum faciat, sub altera uel utraque specie communicare: sic ta

men ne hinc cuique ulla ansa præbeatur, receptam hætenus in ecclesia consuetudinem temere damnandi, uel posthac inuicem iudicandi. Certe cæremoniã istam communionis utriusque speciei ad necessitatem alligare absurdum fuerit, uel propter abstemios, ægrotos, & similes, qui à uini specie plane abhorrent.

Denique sunt ex una parte qui postulant sacramenta ea lingua administrari, quæ à populo intelligatur, ut is clare ac diserte intelligens quod agatur, ad omnia respondeat: Amen. In quo Paulum Apostolum d. 2.  
1. Corinth. 14. autorem citant.

Sunt ex altera, qui putant in Latina Ecclesia latinam linguam retinendam esse, ac sufficere arbitratur, si populus subinde in concionibus de his quæ in missa aguntur, clare ac diligenter edoceatur, ac admonetur singulis actionibus suum adhibere consensum, pi-oque desiderio apud deum ambire, ut publicis ecclesiæ uotis aurem suã benignitatis accommodet, si tamẽ ad hæc populo, quod epistolæ nomine, & quod ex Euangelio recitatur, lingua ab eo intellecta explicetur. Atque hi etiã uerentur, ne si hæc summa mysteria ad tantam ac tam promiscuam multitudinem (quæ est præsentis ecclesiæ facies) lingua uernacula frequenter adferantur & decantentur, fore ut ab impiis & male institutis in canticum & prouerbium uertantur: atque ita impingatur in id quod inhibuit Christus, ne scilicet sanctum canibus daretur.

Verum hic facile ab eruditis & piis uiris ea mode-



## LIBER PROPOSITVS

ratio inueniri ac institui poterit, quo fiat ut neque dignitati sacramentorū quicquam detrahatur, neque san-  
ctæ plebi pius rerum, quæ geruntur, intellectus, & suum amen subtrahatur. Et cum antiqui ritus & obseruationes, qui circa sacramentorum administrationem nobis quasi per manus traditi sunt, raram pietatem redoleant, erunt quoque deligendi uiri tum docti tum pii, qui eosdem ritus ac formulas diligenter inspiciant & examinent, ut si quid forsân irrepserit, quod ad pietatem nihil fecerit, id tollatur, & antiqua puritas & sinceritas sacris restituatur.

## De disciplina ecclesiastica. XXII

**H**Anc constat in ecclesia quàm maxime necessariam esse, quod eâ sola fidei ac spei nostræ retinaculo sit, & custos itineris salutaris, dux, magistra, fomes, & nutrimentum uirtutis, quæ facit in Christo & unitate corporis eius semper manere, iugiter in Deo ad proximi utilitatē uiuere, & ad promissa cœlestia, & diuina præmia peruenire, quam sectari salubre, negligere letale est. Quemadmodum D. Cyprianus docet. Hæc est quam Apostolus Timotheo ac Tito Episcopis præscribit, ut norint, quò eos oporteat in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei, columna & firmamentum ueritatis. 1. Tim. 3.

Iam ut hæc ob nimiam rerum præsentium exulcerationem subito ad seueritatem antiquorum canonū reuocari nõ possit, annitendum tamē modis omnibus est, ut saltem, quo ad fieri potest, ecclesiæ restituatur, ac  
indies

indies magis ac magis augetur.

Est autem in ecclesia duplex omnino disciplina spectanda & requirenda, una cleri, altera populi.

Vt autem cleri disciplina instituat, ante omnia necessarium est, ut ad gubernandas & gerendas ecclesias, ac alia publica ministeria regenda, nulli nisi probati & idonei assumantur. Id quod debet omnibus omnium graduum ministris, tam summis quam mediis & inferioribus, obtineri. In usum itaque reuocandae sunt canonicae electiones, & electorum examina, manuum impositiones, confirmationesque ad apostolicam regulam & ueteres canones exigenda: & omnino prouidendum, ut quae gratis impartiri Christus mandauit, gratis quoque dentur, et omnis omnino symoniae labes ab ecclesia tollatur. Item, ut nulli nisi ad certum ministerium, ut habet Chalcedonense Concilium, ordinentur.

Deinde ut quilibet suum officium sedulo ac diligenter faciat & exequatur, ac interim caueat ne falcem suam in messem alienam mittat, secundum ueterum canonum instituta. Et inter caetera ut Episcopi germaniae, qui ecclesiarum regimini, imperatorum beneficio, ciuilem administrationem coniunctam habent, eam quam debent ecclesiis curam, praecipuam habeant, & in hoc potissimum sint, ut ecclesiis ubique de idoneis ministris prospiciant, manus nemini cito imponant. 1. Timoth. 5. sed uiros constituent boni testimonii, plenos spiritu sancto, ac sapientia, non ad oculum, sed super opus. Act. 6.

LIBER PROPOSITVS

Insuper, quo nihil magis necessarium est, sedulo in-  
uigilandum erit, ut uita ac mores ministrorum sua pro-  
fessione digni sint: ut primum uita, deinde doctrina po-  
pulum instituant, ne quos sermone ædificant, destru-  
ant exemplo, ut quæ singulorum ministeris mores quo-  
que respondeant.

Hic optimus habendus est præceptor Paulus, qui  
qualem oporteat esse Episcopum, quem & presbyte-  
rum appellat, & quales diaconos, suum Timotheum ac  
De coelibatū Titum diligenter edocet. Ex qua Apostolica formula  
tu Protestā pene omnes antiqui Canones, qui de uita ministrorum  
tes exhibent, dimanauerunt.

buerūt suū Et quoniam uiderunt Patres, Paulo quàm maxime  
scriptum curæ fuisse, ut qui ministrarent ecclesiis, ab omni solli-  
signatū. I. citudine liberi, ea tantum quæ domini sunt curarent,  
atque eum qui cum uxore est, de iis non posse non solli-  
citum esse, quæ sunt mundi. 1. Cor. 7. plurimum sem-  
per fuerunt propensi ad indicendam ministris perpe-  
tuam continentiam, etsi in hac re non eadem seueritas  
te uetus & recentior ecclesia usæ fuisse reperiuntur.

Vetus enim ecclesia eos, qui tantum unius uxoris  
mariti essent, ad sacerdotiū asciiuit, ac decreuit etiam  
ne tales uxores suas religionis obtentu abiicerent, ut  
habet canon Apostolorum octauus Gangarensis con-  
cilii, & sententia Paphnutii in concilio Niceno rece-  
pta. Eos uero qui post baptismum duabus nuptiis im-  
plicati fuissent, aut concubinam habuissent, aut uidiu-  
duxissent, aut diuortio separatam à uiro, aut mere-

tricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis spectaculis mancipata fuisset, à sacerdotali consortio excludat, ut habet Canon Apostolorum. 16.

Cæterum iis qui coelibes ad sacerdotium uel diaconatum peruenissent, matrimonio interdixit, ut habet Canon Apostolorum. 25. Nisi tamen diaconi in ipsa ordinatione protestati fuissent, se uelle habere uxores, nec posse se continere. Hi enim si ad nuptias uenissent, manebant in ministerio, propterea quod iis Episcopus licentiam dedisset, ut testatur concilium Ancyranum, Canone. 9. Eos uero qui nulla protestatione facta contra tacitam professionem nuptias contraxissent, à ministerio tantum submouebat. hoc est offerre, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis perfungi non permittebat, laicum tantum communionem eis concessa, ut habet Canon. 15. concilii Ancyrani.

Denique qui contra expressam professionem, & uotum, matrimonium contraxissent, excommunicabat, sed interim ea erat apud Episcopum loci auctoritas, ut talibus consentientibus humanitatem facere posset, ut habet Canon concilii Chalcedonensis, 15. & 16. Matrimonium uero nõ diremit, ut testatur Augustinus Canone, nuptias 27. quæstione. 1.

Porro ne Episcopus aut quisquam ex clero subintroductam mulierem haberet, omnino uetabat, ut habet Canon. 7. Synodi Nicenæ. Clericos uero in fornicatione deprehensos extra ecclesiam abiecit, & ad pœni-

## LIBER PROPOSITVS

tentiam inter Laicos aggendam redegit, ut habet Canon. 1. concilii Neocæsarien.

Postea recentiores Canones coniugatos ad sacerdotium seu diaconatum promoueri uetuerunt. Presbyteros quoque & diaconos, qui ante ordinationem nuptiis iuncti fuissent, abstinere ab omni opere coniugali, atque adeo separari à coniugibus iusserunt. Matrimonia quoque qui presbyteri seu diaconi post susceptum ordinem contraxissent, diremerunt, & irrita declararunt. In hac ergo Canonum diuersitate, si postremi Canones omnino posthac retinendi sunt, necessarium quoque erit, ut censuræ, quæ in fornicarios in ueteribus canonibus distringuntur, in usum quoque reuocentur, ne publicum scandalum ex impura ministrorum uita ecclesiæ ingeratur.

Post uitam cleri recte institutam, pari cura prouidendum est, ut parochi puram & synceram doctrinam populo tradant, ut sanam habeant uerborum formam, cuius finis sit ea quæ ueræ fidei, & charitatis sunt, reiectis omnibus fabulis & questionibus curiosis, sedulo inculcare, quemadmodum Apostolus docet: Quod finis præcepti sit charitas, de corde puro, conscientia bona, & fide non simulata. Item, ut uerbum sine ullius contumelia, sed absq; contentione spargat, ab errore caueant, falsam doctrinam arguant, sanæ uero doctrinæ fortiter adhærescant. In quo opus erit ut breuis aliqua formula, quæ doctrinæ summam contineat, publica auctoritate & datur, ad quam ubique

parochi suas conciones exigant.

Providendum est quoque, ut in Ecclesia nihil, neque in precibus, neque in hymnis, neque lectionibus, quam quod ex scripturis, & receptis authoribus depromptum est, recitetur. Item ut externi ritus, qui ad pietatem, honestatem, ordinem, & tranquillitatem ecclesiae faciunt, obseruentur.

Et cum diuersitas ordinum, monasteriorum, et plerique abusus, qui in monasteriis committuntur, multis scandalo sint, nec monastice eum fructu praesenti ecclesiae adferat, quem attulit olim, reformationi quoque eius inuigilandum est, ut posthac sint monachi, apud quos doctrina Christiana uigeat, qui linguas, & bonos authores conseruent, scripturas scrutentur, & explicant, concioniibus & se, & populum instituant, sic tamen ne Parrochis in officio praesudicent, ac ea faciant, quae eos antiqui Canones facere debere censuerunt.

Vt autem tales in Ecclesia ministri, ac etiam monastice professores haberi queant, constituendae sunt apud cathedrales & collegiatas ecclesias, & in monasteriis scholae, quibus praesiciantur uiri tum docti, tum pii.

Et quoniam operarius dignus est mercede sua: & ministris ecclesiarum, & professoribus honesta stipendia seu salaria conferenda sunt, ne egentes in suo munere tepefiant.

Postremo, ut haec omnia in perpetuo cursu retineantur, habendae sunt suis temporibus generales,

nationales, prouinciales, Episcopales, Archidiaconales, & alia synodi: in quibus de omnibus istis diligens inquisitio fiat. Item ut gradatim appelletur, & secundum ueteres Canones de causis Ecclesiasticis ordine et rite cognoscatur.

## De disciplina populi. XXIII.

**C**um in sancta plebe sint senes, anus, iuuenes, puellæ, mariti, uxores, parentes, liberi, domini, serui: sint item diuersa uiuendi genera, & uocationes, curæ erit Ecclesiæ ministris, ut omnes & singuli suam uitam & mores ad doctrinam Euangelicam conforment, ut uocationi suæ seruiant, & tranquillitati studeant & paci.

- A.5. Deinde usus clauium, qui iurisdictionis dicitur, in ecclesiam, quoad fieri potest, reuocandus est, & censura Ecclesiastica secundum Apostolicam & ueterum Canonum censuram restituenda, ut qui publice criminosi sunt & impuri, seu refractarii & contentiosi, & qui ecclesiæ scandalo sunt, à communionem & sacris, donec resipuerint, arceantur & prohibeantur.

Poenitentia quoque publica, quantum fieri potest, in usum reuocanda, ut non nisi facta *ἔξαιρωσις* & obtentata reconciliatione, qui publice deliquerunt, in Ecclesiam recipiantur. Idque ad eam moderationem, quâ presentia tempora ferant.

- A.6. Postremo de ieiuniis, de delectu ciborum, feriis, & similibus corporalibus exercitiis, quæ partim cæremonialia sunt, partim disciplinae, facile conuenerit, si ui-

ris aliquot, pijs iuxta ac doctis, hoc negotii delegetur, ut hæc omnia ad eam moderationem reducât, quò nulli laqueum iniiciant, seu oneri sint, sed ad exercendam pietatem & opera uere bona (de quibus Decalogus & Euangelium præcipit) nos reddant alacriores.

## ANNOTATIONES

ECKII IN PRÆCE

dentem librum, vbi vel errat,  
vel friget, vel caute le-  
gendus est.

## PRÆFATIO.



**I**Mprobaturus aliqua libri præcedentis, pauca præfari uolo: primo omnium nemo existimet me in cuiusquã odium hæc adnotasse, aut detrahendi libidine adactum: sed ueritate coactum (cuius merito semper debet esse uictoria) in defensionem ueræ fidei catholicæ, hæc ad piorum instructionem & consolationem scripsisse: quæ si Cæs. Maiestati (quæ mihi sacrosancta est ac Augustissima, ac à deo ordinata, digna profecto quæ feliciori sæculo imperitaret) fuissent monstrata, librum illum prorsus reiecisset, nedum eum principibus catholicis, aut collocutorib<sup>9</sup> obtulisset: Nec est res noua, hu Hist. Tri- part. li. 3. iusmodi libros principibus uiris obtrudi: nam & Di- uus Constantinus pius Augustus fidei expositionem ab cap. 6.



ANNOTATIO. ECKII

Arrio & Euzoios suscepit, tam artificiose composuit, ut Imperator arbitraretur ipsos similia credere his patribus, qui in Nicea conuenerant: unde persuasus ita est Christianissimus princeps, ut testaretur eorum rectam esse fidem per epistolam ad Alexandrinos, Ægyptum & Lybiam. Nemo enim sufficit satis cauere hæreticorum dolos: nam Imp. uolens experiri de Arrio, perunctatus est, an Nicæni Cōcilii decreta seruaret: Ille repente subscripsit: & Imperator miratus ei iuramen-

Cap. 10.

tum detulit: qui etiam fraudulentè hoc egit: scripserat enim hæresim suam in charta, quam sub ala ferebat: unde uere se iurare credidit, dicens sic se sapere, sicut scripisset, sicut Zozenes & Socrates hæc in scriptis reliquerunt. Sic circumuenti sunt dolosis scriptis

Lib. 5. ca. 17

patres in Mareote, ut per calumniam contra Athana-

Lib. 5. cap. 8

sium gesta confecerint, dum Sardicam mitteretur. Sic

& Sirmii tentati sunt catholici, quos calliditate uerborum hæretici decipere nitebantur. Hoc idem simplicibus euenit occidentalibus episcopis Arimini, agente Thaurō præfecto: Non enim intellexerunt illis proposita, patrum sententiæ Nicæni Cōcilii esse cōtraria, sicut

Damasus.

Damasus Papa testatur in epistola in Illyricum missa.

Eckius pri-

Porro iure quodam librum hunc expugno, qui pri-

mus cōfuta-

mus errata, & nimis sobrie dicta illius, antequam u-

zit librum.

niret in colloquium, coram Reuerendissimo patre D.

Antonio à Gramuella Episcopo Attrebaten. uiro opti-

mo & catholico detexi. Quod etsi nescio quem fingerent autorem libri, ante biennium mortuum: statim au-

tem uiolenta præsumptione deprehendi autorem libri, qui tum aderat: nam librum conabatur defendere Auctor lib. aut si non potuit resistere obiectionibus meis, nitetur mitigare scripta libri, scribamus sic, faciamus ita: omittamus ista, cum similibus: Tacitus argumētabar apud me, nisi esses autor libri, nō auderes librum à Cæsare propositū, mutare, minuire, aut ei addere. Dū autem infirmitate grauarer molestius, intellexi a amicorū & uirorū fide dignorū relatione omnib. catholicis doctoribus displicuisse hunc librū, in quē etiā scripsit Reuerendus pater D. Iohan. Mensing. suffraganeus Halberstaten. adnotauit quædam Petrus Maluēda Burgen. Doctores cum aliis Hispanis. D. Petro Orticio, D. Aluaro à Ma quibus ille scoso & c. ab initio usque ad calcem iudicium de super liber displicuit D. Nicolaus Appelles Bauarus, adnotauit quædam cuit. D. Burckhardus de monte Geldrius, quædam etiam ad notarat D. Joh. Cochleus, cuius zelum in fide iam uiginti annis, tota nouit Germania: Displicuit liber iste etiam aliis Doctis, Alberto Pigio præposito Traiecten. D. Roberto Scoto, alumno Parrhisiē. ueteri amico meo, à tempore nunquam satis laudati Cardinalis Dominici Grimanni Veneti fe. re. Iudicium magistrī sacri Palacii, F. Iohannis ord. Præd. ex actis Reuerendissimi legati Gasparis Conterreni facile inferius patebit. Pater Euerhardus carmelita Colonien. & Hermannus Monasterien. minime approbarūt scripta libri illius, & secreta quorundam consilia: Idē sentio de D. Chumrado herzenbachio, de Alberto König

luliacen. de nouo prouinciali ord. prædicatorum cum patribus suis : supersedeo enumerare D. Iohannem Astmannum præpositum Phorzensem, D. Petrum Speiser Curien. D. Iodocum Hoffalter Lubecen. D. Iohannem Militis Sedunen. cum multis aliis: Ideoq; audacius meam quoque sententiam, priuatim Illustrissimo principi meo catholico D. Vuilhelmo Comiti Palatino Remy ac superioris & inferioris Baioariæ duci, inter frequentes paraxismos scriptam, non grauabar huc repone, licet tunc destitutus non solum sanitate, sed & librorum præsidio: Ideo eam hic pinguiorem reddam & succosorem.

Proderunt autem adnotationes istæ, non modo, ut pius lector moneatur ne impingat, sed etiã ad hoc ut docti uideant, quàm lippis articulis transferit ista Bucer: qui si tam eruditus esset, quàm uult uideri, (Licet & ego opiner eum non omnino indoctum) expunxisset pleraque in hoc libro, neque à catholicis, neque à diuersariis recipienda. At ne oratio excrescat in caput, promissa exequamur.

Annotatio in Articulum .i.

A.1. **A**rticulus iure omitti potuit, cum nūquam fuerit inter catholicos & diuersarios controuersus: at cum librum facere uolumus, oportet extranea & peregrina congerere.

B.2. Citat Ecclesiastē. Solummodo hoc inueni, quòd Deus Ecc. cap. 7 fecerit hominē rectum, & ipse se in finitibus miscuit questionibus. Parum hoc probat propositum: sed rectius sua

sua comprobatur ex Ecclesiastico 17. At quod ex Ephe  
sibus citatur, Paulus loquitur non de homine in statu insti  
tuto naturæ integræ, ut liber citatur, sed de lapso, tamē  
prædestinato et restaurato. Et quod subdit:

Homo in hac integritate constitutus, ueram ac ui- C.4.  
uam Dei sui noticiam possidebat.

Hic noua profert autor, prius inaudita, hominem in  
paradiso uiuam habuisse dei noticiam, & non apparet  
intellexisse quæ dicit: Nam nec scriptura, nec patres  
loquuntur de noticia uiua: licet apud illos legamus, de  
fide uiua, sermone uiuo, de operibus uiuis, de aqua uiua,  
fonte uiuo: at de noticia uiua non memini: fateor ta-  
men scripturam intelligere noticiam uiuam, illam sci- Ioh. 17.  
licet beatificam, dicente saluatore: Hæc est uita æter  
na, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem mi  
sisti IESVM Christum.

Et ut fundum negotii tangam, Autor uult Adam  
habuisse noticiam uiuam in paradiso, ac si per hoc dif  
ferret à nobis, cum si esset bonus Philosophus & natu  
ralis Theologus, debuisset scire omnem noticiam esse ui  
uam, dicente Aristotele, uiuere in uiuentibus est esse: sic 2. De ani-  
& intelligere in intelligentibus est esse, id quod cla- ma.  
rius alibi dicit. Viuere est sentire uel intelligere: Itaq;  
omnis noticia nostra est actus uitæ, est uita & uiua. 9. Ethic.  
Et hoc adeo est uerum, quod si non est uiua, siue in bru  
tis, siue in animantibus, non est noticia: cum recte iu  
miores in hoc consentiant, ad hoc quod noticia sit noti  
tia, requiratur quod uitaliter immutet potentiam: nã  
ha-

ANNOTATIO. ECKII

- Petrus de Candia** habitudo efficientiæ nõ requiritur, habitudo subiecti non sufficit, ut post alios Petrus de Candia subtiliter declarauit, primum patet in sapientia Salomonis, in scientia apostolorum: secundum liquet, si noticia poneretur in lapide, non esset ei noticia secundum Aliacensis. licet alibi ostendam acutum aliter posse dicere.
- Eusio.** At dicit quispiam pro libro. Adam habuisse clariorem noticiam, quam nos habeamus, licet non intuitiuam. Respondeo. autor libri non sic locutus est, sed nauator recedens à modo loquendi doctorum, dixit uiam noticiam in eo fuisse: Ego non dubito, quin non intellexerit se ipsum. Habuit quippe Adam clariorem noticiam, quia ipse habuit cognitionem rerum in se: quomodo enim imposuisset nomina omnibus animantibus: Nondum Deus inflixerat uulnus potentiæ intellectiue, ut nihil esset in intellectu, quin prius esset in sensu, uti modo fit. Hoc quidẽ etiam Aristoteles nouit, sed causam ignorauit: unde merito mirabatur hunc præposterũ ordinẽ, quomodo nobilis intellectus ab inferiori penderet potentia & ancilla, à sensu: Hoc uulnere nos læsi, nullam substantiam in se cognoscimus, nisi in conceptu cõmuni substantiæ & accidentis: Vnde
- Contra Dialecticos** de plures Dialectici loquentes de terminis & conceptibus absolutis errant, cum prædicamentum substantiæ uacet in nobis uigitoribus, in conceptibus ultimis. Et quod mirandum est, quanto substantia est simplicior, & ita plus habet de intelligibilitate, tanto minus simpliciter & absolute eam intelligimus: A deo ut ipsum

ipsum quoque Deum simplicissimum, intelligere non  
 possimus, nisi in conceptu composito & complexo, ma-  
 xime in Theologia affirmatiua, ut Dionysius dicit. Ne Dionys.  
 gationes de deo sunt ueræ, affirmationes uero incom-  
 pactæ, ut in mystica Theologia explicauimus: Et quod Ecstasis fa-  
 magis mirabere, hoc etiam addo, ex hoc uulnere fit, ut infirmū.  
 ut quanto animus magis in contemplationem coele-  
 stium ascendit, tanto corpus in quandam infirmitatis  
 debilitatem cadit: sic Daniel inquit. uidi uisionem hanc Dan. 10  
 grandem: & non mansit in me fortitudo. & alio tem- Dan. 8  
 pore ad uisionem languebat & egrotabat. Simile acci Ezech. 2.  
 dit Ezechieli. Vidi inquit, & cecidi super faciem meam. Math. 19.  
 Tres etiam discipuli intransfiguratione domini ceci- Act. 6. et 23  
 derunt in facies suas: Et Paulus lucis refulgentia ex-  
 cæcatus creditur. Ex quo patet (inquit Card. Came- Cameracē.  
 racen. in speculo considerationis) in quantam mise-  
 riam cecidimus, qui ipsum bonum ferre non possumus,  
 ad quod creati sumus: Autor uitæ Dionysii Rickel Rickel.  
 narrat, quàm infirmus factus fuerit in raptu, in ecstasi  
 in mentis excessu, at de hoc alibi plura.

Et quod euadēdo dixit: Adam enim habuisse noticiā  
 intuitiuam dei, quia si ei opponerē suum Thomā par. 1  
 q. 94. art. 1. ubi dubitat an in raptu uiderit, quan-  
 do deus immisit in eum soporem, & ait Dorbellis sicut  
 Paulus in raptu & Moyses: de quibus Augustinus fa-  
 tetur li. de uidendo deo ad probam, & de ecclesiasticis  
 dogmatib. Ideo fuit sopor extaticus, quare euigilans  
 prophetauit, et uerba eius Christi<sup>s</sup> dixit esse uerba dei.

ANNOTATIO. ECKII

Gen. 2. Si Autor libri fuisset doctus in theologia, potuisset  
 1. Cor. 12 triplicem adnotasse noticiam dei ex S. Paulo. Videmus  
 Deut. 32 nunc per speculum in enigmate, tunc autem de facie  
 Math. 19. ad faciem: Vbi nunc refert totum statum viatoris: Vn  
 1 Cor. 13. de homo noticiam habet speculari, quæ est clarior in  
 statu innocentie seu paradiso, Enigmatica, quæ est  
 Alph. Tol. est beatorum in celesti patria: Et Alphonsus ponit quar  
 tam superintuitiuam, nos non impedit. Hæc si autor  
 libri sciisset, librum suum fecisset meliorem.

5. Inquit autor libri. Homo in integritate constitutus,  
 in uoluntate ardentem erga Deum timorem & obe  
 dientiam possidebat. Eccle. 17. Psal. 8. Gen. 2. Hic pri  
 mo ponam notulam improbatiuam: dein imprudenti  
 am autoris: qui tam inconsiderate citat imò. torquet,  
 auctoritates sacræ scripturæ.

Aug. in En Quod ergo asserit in Adam fuisse ardentem amorem,  
 chridio est contra communem sententiam Theologorum, Au  
 Cap. 107. gustini, Magistri, quia fuit creatus in iusticia origina  
 2. Sent. dis. li, sed non in gratia gratum faciente: quæ duo habent  
 24. Cap. se sicut excedentia & excessa: ideo concludunt docto  
 Nunc. res Adam per gratiam in creatione communicatam po  
 tuisse resistere malo, sed non potuisse mereri.

Part. 1. Doctior aliquis Theologiæ respondebit pro autore  
 q. 95. libri, Adam creatum in gratia est expressa opinio Tho  
 mæ & multorum Theologorum, qui semper fuerunt  
 habiti catholici: Respondeo, hoc Canonista autor libri  
 ignorauit: neque per hoc euacuatur adnotatio mea: nõ  
 enim

enim dixi, sententiam auctoris esse hæreticam, sed contra communẽ: Id scilicet uolens indicare, librum istum insulsum, à Gloriosissimo Imperatore nostro, & sacri Romani Imperii ordinibus, non fore approbandum: quoniam Theologi sub Imperio præmerentur auctoritate libri istius, tanquam magni alicuius concilii: unde materia oriretur, & seges scandalorum: Nam in tradendis communitati, oportet sequi sententiam communem & tritam. Sicut Fortunatus præcepit, utendum uerbis publica moneta signatis. Communis autem sententia sequitur Augustinum & Magistrum, ut meminimus. Gregor. Ezech. 28. Aurum opus decoris tui. Hugos. de S. Victore li. 1. de sacramentis par. 6. ca. 17. & G. Altisidoren. renarrans opinionem præpositiui: nobis magis placet uia communis, quod angeli non habuerunt gratuita. Alexander de Ales part. 2. q. 96. Bonauentura dis. 29. art. 2. q. 2. secundi, Richardus ibi. Iohannes Scotus, Egidius Romanus, Michael de Bononia, Thomas Argentinus, Landolphus, Hugo de nouo castro, Marsilius q. 16. 2. G. Vorrilon. Stephanus Bruslifer, Nicolaus de Orbellis, Iohannes Gerson super cantic. canticorum, Petr<sup>9</sup> Aquila dicit se tenere hanc partem, propter auctoritates sanctorum, G. Gorris. Pelbartus, Albertus magnus præceptor S. Thomæ, et si credat Adam creatum iu gratia, tamẽ dis. 24. & dis. 29. concludit cum cõmuni, ut ipse ait propter magistrum. Omitto quomodo acuti arguunt S. Tho. quasi sibi contradicentem in dis. 2. q. 3. secundi, & in dis. 29. q. 2. in  
so



Solutione secundi argumenti.

Nunc uideamus, quàm diffuse autor libri euocet scripturas, tres scilicet, Ecclesiastici. 17. Psal. 8. Gen. 2. In ecclesiastico nihil habet, quàm quod ait, & secundum se uestiuit illum uirtute: at sunt & aliæ uirtutes quàm  
 Eccle. 7. charitas & gratia. Melius citasset Ecclesiasten: Solum modo hoc inueni, quod deus fecerit hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit questionibus: at profecto magna fuit iusticiæ originalis rectitudo, etiã sine gratia gratum faciente. Psal. 8. loquitur de homine Christo,  
 Hebr. ut inducit Paulus ad Hebr. quod si etiam de Adam loqueretur & membris Christi, tamen male colligit. Gloria & honore coronasti eum, ergo gratia & charitate: quia magna gloria fuit, iusticiæ originalis, domini gratuiti, cognitionis rerum &c. Gen. 2. Nec unò apice facit pro dicto libri: melius allegasset Gen. 1. Sed ibi commendatur homo factus ad imaginem & similitudinem Dei, & quod datum est ei dominium gratuitum creaturarum: sed nulla mentio gratiæ gratum facientis.

Annotatio in art. II. de libero arbitrio.

**A**utor libri. Concreata libertas faciendi boni, & continendi se à malo, per hominis lapsum est amissa, sola libertate à coactione retenta &c. Pudendus est ille error, & toti sacræ scripturæ contrarius: nam sic peccatores non haberent maiorem libertatem arbitrii, quàm demones & damnati in inferno: cum impossibile sit uoluntatem cogi. Iam enim non esset

esset uoluntas, ut pulchre Bernhard. post Augustinum Bernhard.  
 asserit, & omnes Theologi consentiunt, de actu uolun Aug. de lib  
 tatis elicito: licet possit cogi extrinsece quo ad actum ar. lib. 1.  
 imperatum, ut Fran. Mar. adnotauit circa lib. 1. Au- Cap. 12  
 gustini Confessionum, & doctores communiter in 4.  
 dis. 29. Gotfredus de fontibus quot. 13. & 15. Ideo om-  
 nes qui loquuntur de coactione uoluntatis, loquuntur  
 de coactione secundum quid & externa. Nec me præ Ar. 3. ethi.  
 terit quomodo acuti admittunt uoluntatem posse ne-  
 cessitari, sed non cogi: sicut beati non possunt non dili q. 19.  
 gere Deum: nunc occurrit mihi Vuilhelmus ockam in q. 14.  
 secundo & in quarto.

Non autem solam mansisse in homine libertatem à  
 coactione tota scriptura clamat, & quotidie in nobis  
 experimur: nam dominus dixit ad Caim: Si male ege- Gen. 3.  
 ris, statim in foribus peccatum tuum aderit: sed sub te  
 erit appetitus eius: & tu dominaberis illius. Sic Chri Mar. 14.  
 stus dixit apostolis: Pauperes semper habebitis apud  
 nos: illis potestis benefacere, si uolueritis. Et Paulus: Po 1. Cor. 7.  
 testatem habens uoluntatis suæ, nõ necessitatem, cum  
 plurimis aliis locis scripturæ in Enchiridio contra Lud Aug. de  
 deranos citatis. Manet ergo uera diui Augustini sen- gratia &  
 tentia. Semper in nobis uoluntas libera est, sed nõ sem lib. arb.  
 per bona est.

Reliqua in hoc articulo facile improbarem: at nolo  
 profundius ingredi hanc materiam de libertate ar-  
 bitrii, quia illa essentialis libertas uoluntatis æquali-  
 ter est in omnib. secundum doctores: nec capit maius,

Dis. 25. 21 neque minus: licet in uno sit magis impedita, in alio magis expedita. Magis placet Hugo lib. 1. de sacramētis, par. 6. cap. 16. qui ponit solum tres status libertatis. Solum dispiciamus quā inapte torquet locos Euāgelicos: Sic enim Luderani uolunt uideri Euāgelici, si plura citauerint, etiam nihil uel parum ad rem faciētia: forte habuit autor libellum huiusmodi concordantiarum Luderanorum uel parabaptistarum.

E Math. 23. Quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti. Locus ille omnino non habet, quod in peccante non sit libertas, nisi à coactione: sed euincit potenter lib. ar. quia deo uolente, illi nolunt, ut August. in Aug. Cap. 97. Enchiridio docet: unde non frustra Gallinæ meminit, ut idem super Ioh. tractatu. 15. explicat.

F Ioh. 8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis, loquitur de liberatione redemptionis à culpa & seruitute peccati: sed non probat diabolicam libertatem à sola coactione. Ioh. 15. Sine me nihil potestis facere, nihil ad rombum: sed quia nihil boni possumus facere, nisi Deo nos mouente & trahente.

G Sic pro libertate glorificationis inepte et illud citat Ioh. 6 apostoli, quod deum tunc uidebimus, sicut est, & erit  
1. Ioh. 3 omnia in omnibus, Nam de noticia dei intuitiua loquitur,  
1. Cor. 15. tur, & modo essendi dei in omnibus, unde omnium nominibus appellari potest, et omninomius est, ut inquit Dionysius. sed non meminit plus libertatis illius, quam cuiuscunque alterius rei.

Siquis dixerit, illa distinctio, quæ hic improbat, est magistri in 20. dis. 25. & Bernh. Respon. non improbo distinctionem, sed declarationem, & quòd ait hominem post lapsum non habere libertatem, nisi à coactione, quam etiã habet diabolus. Magister, Bernhardus, Hugo recipiuntur ab omnibus: sed hoc dictum auctoris à nemine catholico admittitur.

## Annotatio in art. III.

**H**ic articulus modo superfluit: nam etsi P. Melanch. Melácht. lanchton ab initio, nimium feruens in erroribus Luteri, scripserit: Certa sententia omnia à DEO fieri, tam bona quàm mala, ita ut nõ solum permissiue, sed etiam proprie agat etiam mala, ut Davidis homicidium &c. A deo ut sit eius proprium opus, nõ minus ludæ proditio, quàm Pauli uocatio. Tamen errorem istum emendauit cum multis aliis in confessione Saxonica, & apologia de super edita.

At declaratio libri non est tolleranda, cum autor H fastu uerborum ait: Adam a stu Diaboli circumuictus: sic solent Grammatici, in paruis labi. Rectius autè Au Aug. Ro. 5 gustinus super Genesim. Cum apostolus Adam præuicatorem fuisse ostendit, dicens: In similitudinem præuaricationis Adæ, seductum tamen negat, ubi ait: Adam non est seductus, sed mulier: Vnde Adam interrogatus à domino, non dixit, Mulier seduxit me, sed dicit mihi & comedi: Mulier autem ingenue fatetur se seductam. Serpens inquit decepit me, & comedi.

ANNOTATIO. ECKII

Admonui ego autorem huius errati, quod et si plura; emendauerit, hoc tamen reliquit intactum: Admonitus à maiori, Reuerendiss. contempsit.

Et cum inquit autor libri, fidem uinam perdidit, nō sum memor me legisse uel in scripturis, uel sanctis patribus Adam habuisse fidem in statu innocentiae, sub ratione propriae fidei: licet fidem in statu innocentiae non neget S. Thomas, Richardus, Ægidius cum aliis: tamen uerior apparet Alexandri de Ales sententia et sequacium. Adcunq; in re tam seria & maxima, non debuit autor incerta & dubia, pro certis & ueris obtrudere: quia fides uidetur includere ænigma. In paradiso habuit clariorem & specularem noticiam, non ænigmaticam.

Annotatio in Art. III.

Vuormacia.

**H**ic articulus prius cōtrouersus, iam Vuormaciae fuit cōcordatus, præsentib. Cæsareæ ac Regiæ Maiestatis, sex electorum, ac sex aliorum principum commissariis & oratoribus. Maluissem ut autor libri, quia nō potuit afferre meliora, substituisset cōcordiā illam: at uoluit doctior uideri Theologis, qui illa trā

Proverb. 3. Et arunt Vuormaciae, contra illud Sapientis: Ne ininitaris prudentiae tuae: ideo aliam posuit materiae istius declarationem, satis ruinosam & in multis locis explorendam: Vnde & in colloquio, cui ego adhuc interfui sanus, reiecta illa multiloquētia, remisimus nos ad cōcordata Vuormaciae. Articulo ergo in se uero, audiamus, quae merito in libro iugulentur.

Autor.

Autor. Originalis iusticia complectitur gratiã dei, **K**  
 imaginem dei, spiritum sanctum habere &c.

Illã superius sunt expugnata, quia iusticia Origina-  
 lis differt à gratiã, alioquin puer baptisatus accipiẽs  
 gratiã, acciperet iusticiã originalem: & de spiritu  
 sancto eleganter ait B. Augustinus in q. noui & uete Aug.  
 ris testamẽti: Comperi quosdam ex fratribus nostris q. 123.  
 non plene discussisse scripturas, sed simplicitate animi  
 asseuerare, quod Adam factus sanctum acceperit spi-  
 ritum, quem peccans amisit: postea improbat.

Autor. Defectus iusticiæ originalis sunt, destitui **L**  
 gratiã, et spiritu dei, seu ut Paulinis uerbis utar, incre-  
 dulitas et inobediẽtia. Hic autor onerat pueros enor-  
 mibus peccatis, scilicet incredulitate & inobediẽtia,  
 quod est Melanchtonicum, ab ecclesiã et patribus alie-  
 num: ista enim magis sunt peccata actualia, quàm ori-  
 ginale: Non est tyrannis asserere puerum in cunis esse  
 inobediẽtẽ: qui hodie ignorat distantia boni et mali,  
 ut Moyses ait: nam fatemur incredulitatem esse mag **Deut. 1.**  
 num uicium, sed in adultis, qui nolunt credere: & illa  
 incredulitas includit peruicaciam & obstinationem  
 mentis scilicet nolle credere, non meram negatio-  
 nem: Id quod Luterani expressius dixerunt in con-  
 fessione Saxonica Augustæ: sed ab Imp. & statibus  
 Imperii illa fuerunt reiecta.

Hæc omnia sient luculentiora, dum ponderamus,  
 q̃ indocte & corrupte, more Luterano citat autorita-  
 tes sacræ scripturæ. Citat enim Ro. 3. & 5. & Gal. 3.

ANNOTATIO. ECKII

- Primo in cap. 3. nihil habet de incredulitate, sed commendat fidem. Propinquius accedit, quod cap. 5. euocat.
- Ro. cat.** Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi &c. at hoc frangit ceruicem autoris: non enim inquit Paulus, paruulos peccatores, quia inobedientes: sed quia per inobedientiam Adæ constituti sunt peccatores: Sic ineptit dum Paulum citat ad Galatas: quia nullum illorum dicit, quæ hic affirmat autor: nam quod Paulus inquit, omnia conclusit sub peccato, intelligitur de peccato originali: licet quod Lutherani in eorum uagis & male consonantibus concordatis, artant & illud, conclusit Deus omnia in incredulitate: cum manifestum sit Paulum ibidem loqui de actuali incredulitate Iudæorum & gentilium, ne alter efferret se alteri & superbiret.
- M** Autor. Concupiscentia, habitus uiciosus, coniunctus carentiæ non potest non prodire in omne genus peccati in renatis in quibus Diabolus efficax est: Cum autor non sit gnarus Philosophiæ in scholis eum uerax, quomodo diceret, concupiscentiã qualitatem conuatum, esse habitum uiciosum, et ut cõmuniter dicunt, corporis esse habitũ. Aliud uero prorsus negamus, cum tam multi Philosophi, Græci, Romani, abhorruerint ab auaricia, homicidio, adulterio &c. ut sancti aliquando nobis hos proponant in exemplum, Maxime Augustinus: & Niniuitas Christus anteponat malis Iudæis.
- Luc. II.** Non me præterit, quod Augustinus lib. 2. confessionum inquit, quilibet Deum diligat, per quem uidet se

tantis peccatorum languoribus non implicari. Vbi talis colligitur doctrina, quilibet homo sibi derelictus, faceret omnia mala, quæ ab eo fieri possent, nisi à Deo præseruaretur, ne omnib<sup>9</sup> malis implicaretur: sed hæc in adultos dicuntur, non in paruulos.

Autor ponit differentiam peccati actualis & originalis, quæ modo trãseat: at me morsum hic in exemplari penitendum habuisse errorem: uerum quia hunc confutauit, eum susculit, uelut multa alia errata. Vt nam in omnibus fuisset mihi obsecutus.

Autor libri. Peccatum originale fit nobis omnib. nascens. sola propagatione proprium, iuxta illud Ro. 9. Cum nondum nati fuissent aut aliquid mali egissent &c. Quis non miretur hominẽ tam indoctum rerum Theologicarum, librũ principibus offerre, ut secundum istum, tanta mysteria in fide cõtrouersa, concordarentur: nemo unquam ex ueteribus uel recentioribus intellexit uerba ista Pauli, de peccato originali: sed loquitur apostolus de æterna præscientia Dei electiua, uel reprobatiua: sicut & Propheta inquit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Malach. 1.

Autor ad idem citat Paulum ad Ro. 5. Regnauit mors ab Adam etiam in eos, qui non peccauerunt: Paulum facit mox sibi contradicentem, qui ante ista uerba dixerat de Adam, in quo omnes peccauerunt. Vbi ergo dabit nobis Neotheologus mortem regnantem in eos, qui non peccauerunt. Quid si aliquis doctior Theologiæ obiceret auctori affirmatiue legendum textum,

P  
Rom. 5.

Ibid.



ANNOTATIO. ECKII

Orige. regnavit mors in eos qui peccauerunt: & ita legit Origenes, ita legit Ambrosius, & conqueritur negationem falso immixtam. & multa conqueritur de Græcæ libris corruptis, & ratione nititur ostendere, affirmatiue legendum: Sic omnino censet Erasmus, qui etiam Theophylactum asserit sic sensisse.

Chrysoft. At quia Chrysoft. legit negatiue, & Cyrillus lib. 1.  
Cyrillus. & 12. super Ioannē, citat hunc locum Pauli negatiue,  
Ireneus. & Ireneus lib. 3. contra hæreses cap. 20. Augustinus  
August. qui etsi fateatur in aliquibus latinis codicibus hunc locum legi sine negatione, tamen testatur græcos omnes habere negationē: ideo in sensu negatiuo exponit li. 1.

Hierony. de peccatorum meritis & remissione. Hieronymus in epitaphio Nepotiani ad Heliodorum, & ad Paulam

Theophyl. super obitu Blesilla, & aliàs sæpe legit negatiue. Theophylactus quoq; inuito Erasmo legit negatiue: ut mirum sit quomodo non puduerit Erasmus falsi, quod

Concil. Theophylacto imposuit: Et potissimum propter aphricani concilii definitionem, quod locum Pauli de peccato originali intellexit, non de proprio uniuscuiusque peccato, ut faciunt, qui affirmatiue legunt.

Rom. 5. Tamen præter hæc omnia videmus egregium uerborum Pauli truncatorem, cum citat: Regnavit mors ab Adam etiam in eos qui non peccauerunt, cum debebat addidisse, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri, alioquin Paulus falsum dixisset.

Autor. Deus non uidet in peccatore peccato originali imaginem suam &c.

Hoc est contra communē scholam Theologorum Au Aug. li. 14. Augustino dicente. In ipsa enim mēte, antequam sit parti de trinit. ceptus dei, eius imago reperitur: Etsi enim amissa Dei participatione, deformis sit: imago tamē dei permanet. Eo enim ipso mens est imago dei, quo capax eius est, eiusq; particeps esse potest. Nō ergo consistit ratio imaginis, in formitate uel difformitate, sed in capacitate Dei.

Autor. In nobis nascentibus adhuc uestigium quoddam imaginis Dei est reliquum, quod lumen naturæ appellamus. R

Quam effuse ridebunt hic scholæ balbutientem auto Aug. lib. 6 rem, cum ex Augustino didicerunt uestigium dei esse de trinit. in omnibus creaturis, imaginem uero dumtaxat in rationalibus. Quia addit de lumine naturali, extra chorum saltat: & indicat se nescire quid sit lumen naturale: nolo prolixiorē ingredi disputationem, quā quod Paulus ad Romanos affirmat: Deus illis manifestavit: Rom. 1. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Franciscus Picus in libro prænotionum, & in theol. Picus. reumatibus de fide: qui non ita extenuat lumen uultus dei super nos signatum, sicut autor libri.

Autor. Per baptismum reformati sumus ad imaginem filii dei saltem inchoatam. S

Bene hoc, sed Melanchtonice: patres & sancti alium receptum habent loquendi modum: quos malumus imitari quā nouicios Theologos: puer enim

ANNOTATIO. ECK II

baptisatus habet iusticiam in suo genere perfectam  
pro statu uiatoris.

Autor. Nam idem uir dei (Augustinus) lib. 5. cap. 3  
contra Iulianum scribit. Concupiscentia carnis & pec-  
Hylar. catum est, & poena peccati, & causa peccati. Hylarius  
docet intelligentiam dictorum ex causis dicendi su-  
mendam: Augustinus scripserat, concupiscentiam esse  
poenam peccati: insurgit Iulianus, ergo laudabilis est  
concupiscentia, illam rationem subuertit Augustinus:  
quia idem possit esse poena peccati & peccatum, quod  
etiam de actualibus probat ex Paulo ad Ro. 1. & ex  
simili quod adfert de caecitate mentis, constat Augu-  
stinum loqui de actuali: unde hic non oportet figere  
pedem, ubi Augustinus haereticum confutat Iulianum:  
dum alias saepe & pleniter explicet, qua ratione dicat

Augusti. concupiscentiam esse peccatum, ut lib. 1. cap. 23. ad  
Valerium, sicut locutio dicitur lingua, & manus uo-  
catur scriptura: hoc idem dicit lib. 1. contra duas epi-  
stolas Pelagianorum cap. 13. Et lib. 2. contra Iulianum  
citatur autor Augustinum, ex sententia sua dicentem.  
Quamuis iam non eodem modo appelletur peccatum  
quo facit reum: sed quod reatu primi hominis sit fa-  
ctum: & quod rebellando nos trahere nititur ad rea-  
tum, nisi nos adiuuet gratia dei per IESUM Chri-  
stum dominum nostrum: nec sic etiam mortuum pec-  
catum rebellet, ut uincendo reuiuiscat & regnet. In  
hac sententia debuit persistere autor.

Autor. Illa concupiscentia post se uiolenter corripit im-  
pium. Con

Contra uoluntarie peccant, non uiolenter: quomodo enim uiolentia esse potest in peccato, cū uoluntas nec cogi possit, nec uiolentari, ut diximus: si esset in membris ab extrinseco, mente non consentiente, non peccat: Porro apud omnes philosophos uiolentū fit à principio extrinseco, passo nō conferente uim, sed reintente: quomodo uelit aptare peccato non uideo. Nam in omni uiolento mobile inclinatur actiue ad oppositum: quod etsi in aliis motibus uideatur dissimile, q̄ in motu locali: sicut Aristoteles generationem aliquam ap- Arist. lib. 5  
 pellat naturalem, similiter & mortem, & è regione physic.  
 corruptionem: tamen quod applicetur peccanti per concupiscentiam, non uideo posse fieri. Vnde si nihil aliud obesset, hoc noceret iis, quòd nouitate gaudet, præter autoritatē scripturæ & sanctorū: liberis uerbis utuntur philosophi: nobis ad certam regulā loquiphis est, ait Augustinus. Quod pro libro aliquis do- August.  
 ctus attulit Paulum dixisse, quod nolo malum illud fa- Ro. 7  
 cio. Admitto, sed ubi Paulus, aut quisquis alius dixit, uiolenter corripere impium: Imò secundum naturam destitutā non est uiolentum, sed conueniens huic destitutioni. Sic quod adfertur de proiectione mercū, quod est uoluntariū mixtum, & Oyta ait semicoctā uoluntatē: Tum mercator non uiolentatur, ideo bene cōcludunt doctores, illam proiectionē esse simpliciter uoluntariam: quia si nollet non proiiceret: & hoc est, quòd dicit Aristoteles. Mixtæ quidē tales operatiōes, Arist. 3.  
 assimilatur aut magis uolūtariis, & in fine cōcludit, ethi.

ANNOTATIO. ECKII

Voluntaria ergo talia. Sic habet *Scot in. 3. dis. 15.*  
 Nolo ingredi materiam, an aliqua uolitio possit esse  
 uiolēta, an operatiōes uiolētae sint inuolūtariae & c. de  
 quo remitto me ad Buridanū et Burlen. in. 3. ethicorū.

X Autor. Vis gratiæ baptismalis, modo fide exerceatur.  
 Mallem diceret, modo charitate, et operibus exercea-  
 tur: alioquin semper redolet lutum Luteri uolentis si-  
 dem præferre charitati.

Articul. V. de iustificatione hominis.  
 2. di. 11. Vtor. Hunc articulum crucifixerat, multa fal-  
 sa assumendo et erronea: quæ tamen omnia me  
 improbante ab autore reiecta sunt: & alia declara-  
 tio in locum substituta. De illa in pœnitentia parum  
 dicam, quòd inferius in supplicatione Pflugii, & Gro-  
 peri excutiam omnia pleniùs: quia hic totus quasi Me-  
 lanchtonisat, nullius sancti patris secutus sententiam,  
 aut modum loquendi.

Articulus. VI. de ecclesia & illius  
 signis, ac autoritate.

Y Vtor. Ecclesia est cœtus & c. recte incipit: po-  
 stea citat Apo. 21. Ciuitas sancta Hierusalem  
 descendens e cœlis & c.

Apo. 21. Hic torquet uerba S. Ioh. non enim loquitur de eccle-  
 sia militate, sed triumphante, ut ex ordine literæ liquet  
 quia in fine cap. 20. egit de extremo iudicio, post illud  
 describit statum ecclesiæ triumphantis post iudicium.

Ibidem. patet etiã ex initio Cap. Vidi cœlum nouum & terrã  
 nouã: hoc nõ fiet nisi in extremo iudicio: tunc enim ab-  
 ster

sterget omnem lachrymam ab oculis sanctorum.

Autor. Hæc est illa ecclesia electorū dei nobis occulta **Z**

De primo mox plura, quia in ecclesia sunt boni & mali pisces, uirgines prudentes & fatuæ, non solum electi: dicere autem ecclesiam mathematicam & occultam, est Luteranum: Sic enim nemo posset dicere ecclesie, uel eā audire, iuxta mandatū Christi. Illa item **Math. 18.** ecclesia prædestinatorum non habet potestatem iudicandi, discernendi, cum aliis infra memorandis, cum sit occulta, ut dicit: ideo oportet ad manifestam, & externam ecclesiam recurrere, quæ est in Pontifice, **11. 11. 11** Episcopis, & aliis prælatis: Ideo autor impertinenter citat 2. Tim. 2. Et quod ex Hebr. 3. euocat, non sic ibi legitur, sicut nemo negat diuersitatem membrorū & donorum in ecclesia. At uiderit autor cū citat cap. 4. **Ephes. 4.** ad Ephesios, quomodo se ipsum expugnat: nam Paulus ait, quosdam dedit apostolos, quosdā prophetas, alios autē Euangelistas, pastores, & Doctores: illi autē sunt cogniti etiam nobis, & minime occulti. Sic scribunt qui plus ramis quàm radicibus doctrinæ incumbunt. Quæ sequuntur, mirum quod diuersarii tacuerunt, & non reclamarunt.

Articulus. VII. de nota verbi.

**A**utor. Hæc magna domus nō semper æque floret, etc. Multa hic sunt notatu digna: uereor tamen ne ab aduersariis desumpta, ipsos reddant obstinatiores. Nam cū obiicimus eis, Ante. 25. 30. 40. annos **11. 11. 11** & c. fuit ecclesia: ubi fuerunt, qui negauerūt ueritatē

ANNOTATIO. ECKII

corporis Christi, sacrificium missæ, Inuocationem sanctorum &c. Eo confugiunt, quia etsi nesciamus quid hoc senserint, tamē semper Deum conseruasse aliquos, qui retinerent doctrinæ unitatem in his quæ ad pietatem & salutem sunt necessaria: fuerunt enim, sunt & erunt semper in hac magna domo, qui hanc doctrinam tueantur: Sic mihi respondit Oecolampadius in disputatione Badensi: sic respōdet Luter quoties urgetur autoritate conciliorum, præferens suos ignotos absconditos in angulis Christianos, omnibus prælati & doctoribus, super candelabrum positis, ut qui ingrediantur uideant lumen. Eadem rima & Bucerus nititur euadere: uerum sophistas in hoc agunt, & ecclesiam dei amittunt, ut nec sibi, nec suis ualeant hanc ostendere, sed ad abstractionem mathematicam recurrunt: Cuperem itaq; eis hoc foramen nõ apertum, quo ipsi & alii per eos seducti scandalisuntur, & in erroribus fiunt pertinaciores: quid autem offendit Bucerum, quod autor ecclesiam appellat magnam domum? Non enim poterit negare quin dicatur domus: et cum non sit parua, quia extendit ad fines terræ: nisi malit cum Nouato hæretico dicere totum mundum esse magnam domum, ut improbat Ambros. 2. Timot. 2.

Articulus VIII. De pœnitentia post lapsum.

He. 6. & 10. **A**utor. De quo intelligi potest, quod scrib. Paul. Hic assimilat homines de quibus hic Paulus loquitur, his qui sunt increduli, finaliter impœnitenti

tes, blasphemus uel desperati: quia nō habent remissionem neque hic, neque in futuro sæculo. At errat prorsus autor, cum hic Paulus non doceat pœnitentiam nō esse reiterandam, sed baptismum: Ideo non inquit, rursus pœnitere, sed rursus renouari: Hoc testatur S. Ambrosi. lib. 2. de pœnitentia cap. 2. Ergo quod ait Paulus ad Hebreos, eo spectat, ut de baptismo dictum credamus, in quo crucifigimus filium dei in nobis. Testatur & B. Hiero. lib. 2. contra Iouinianum. Theophyl. Hierony. Theophyl. Chrystos. Clof. ordi. Thomas  
 lactus quoque aspiatur Paulum hic docere baptismum non reiterandum, non pœnitentiam: Sic commo de interpretatur Chrystos. & in c. 6. & in c. 10. ad Hebreos contra illos qui insurgunt contra pœnitentiam, eam reputantes non reiterandam: habet hoc & glosa ord. super Paulo. S. Thomas citat diuum Athanasium in epistola ad Serapionem, improbantem Nouatianum, ex Paulo contendentem pœnitentiam non esse reiterandam. Verum super hoc memoritus autor, emarginauit. Quamuis quoque pia est sanctorum patrum expositio: & utinam & in aliis malisset monita mea sequi, quàm temere in semel conceptis erroribus progredi: & qui aduertit, legens hanc particulam, statim sentit eam esse assutam, & infœliciter quidem. Autor. Constat autem pœnitentia mortificatione & uiuificatione. & cetera.

Hunc modum loquendi de pœnitentia, non suscepit autor in scholis Theologicis, sed placent sibi magistri prurientes auribus: nam in rei ueritate, contritio, confessi



fessio & satisfactio non mortificant sed uiuificant animum poenitentis, & Theologi ac declamatores uerbi diuini omnes ponunt tres partes poenitentiae. mutabunt ne omnes sermones propter hunc librum Ratisponen? Imò autor nò intelligit seipsum, quia mortificatio & uiuificatio pertinet ad poenitentiam, quæ agitur per totam uitam, quam Paulus docet ad Ro. 8. & Col. 3.

**Bb** Autor. Hinc timori succurrit fides.

Et hoc Luterice, malle diceret, succurrit gratia. Si enim non crederet deum Iustum uindicem peccatorum, nò timeret: Et si ergo fides sit poenitenti necessaria, tamen nunquam ei remittuntur peccata per fidem, sed per gratiam et charitatem, quæ faciunt fidem esse uiuam. Et si de illa fide loquitur, debebat expressisse, ne cum hostibus ecclesiae suspectus esset cõsentire. Hac fide rursus innouationẽ spiritus accipi: falsum enim est hoc, quia charitate et gratia recipitur innouatio spiritus: Ideo torquet hic autor Psalmũ L. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco &c. Nihil hic de fide Luterica, aut quod fide remittantur peccata: sed quia ille fatetur se peccatorem, quod etiam fit in confessione, & quia peccatum est contra eum semper, per displicentiam & confessionẽ, recte petit se aspergi hyso, non fide Luterana, ut mundetur & dealbetur: In spiritu enim David præuidit, omnia peccata nò remitti, nisi merito effusionis sanguinis Christi: cuius figura fuit sanguis agni paschalis, qui hyso aspergeretur super postes domus: Vnde etiã leprosus iussus est Isopo asper-

**Psal. 50.**

**Exo. 12.**

**Leui. 14.**

gi in sanguine passeris, ut mūdaretur. Et recte hyssopi Aug. Gre.  
 meminit, quia est symbolum humilitatis & purgatio & Hieron.  
 nis. Nam humilis herba est hyssopus, ut ait Aug. & Leui. 14  
 Greg. cuius radix petræ adhæret, & saxorum uiscera  
 penetrat, et ut Hiero. ait, curādis pulmonibus prodest  
 & purgandis interioribus. A spersus ergo humilitatis  
 Hyssopo & merito sanguinis Christi mūdatur à pecca  
 to per remissionem, & dealbatur per gratiæ susceptio  
 nem. Hic uidet quisq; sensatus, quō anxietate sint  
 allegationes ad ostentationem: sicut facere solent Lu  
 terani prædicatores, simplicem plebem inani scriptura Psal. 31  
 rum iactatione se lucentes: sicut hic sequens allegatio  
 psalmi: ubi prorsus nihil habetur, fide accipi innouā  
 tionem spiritus, sed dicit manum dei super se grauata,  
 & se conuersum in erumna: unde confessus delictum  
 suum non absconderit, sed se accusans & aduersus se ip  
 sum agens remissionem peccatorum adeptus sit: Ideo  
 fidē non dicit sufficere, sed multa explicat ad peniten  
 tiam necessaria, quo accipiat innouationem spiritus.

Art. IX. de Autoritate Ecclesiæ in discer  
 nenda & interpretanda scriptura.

**A**utor. Deus sciebat futurum. Ut diabolus uer  
 bum illud uiuum &c. Ce

Scimus quod Paulus inquit: Viuus & efficax Hebr. 4  
 est sermo dei, pertingēs usq; ad diuisionē animæ ac spi  
 ritus &c. at quia auctor a uiuo uerbo Dei transtulit se  
 ad uerbum scriptum, ut humanæ imbecillitati cōsule  
 retur. Illud aut uerbū scriptū dicere uiuum, in patrib.

Origenes nondum didici: Quin Origenes testatur etiam in nouo  
 Supra leui. testamento esse literam occidentem: Id quod experi-  
 ho. 7. mur quotidie, in hæreticis & Iudæis, qui mortem ca-  
 Augu. li. 1. piunt ex scripturis, ut pulchre August. tradit: quomo-  
 contra ad- do nigrum illud scriptum posset dici uiuum: de quo  
 uersariū le Hiero. inquit, illos Christum crucifigere, qui nudam  
 gis & pro literam sequantur: Consentiumt Ambros. Chrysost.  
 phetarum. Gregor Bern. & cæ. Ita cum tot heroes contradicât:  
 Hiero. nõ uideo quomodo autor possit defendere uerbum scri-  
 Math. 26. ptum esse uiuum: De quo egregie præ cæteris scri-  
 Vuolfgan. psit doctor Vuolfgangus Calpelmair Bauarus, olim  
 Capel. condiscipulus Luteri, qui solus sufficeret ad expug-  
 nandum errorem aduersariorum literæ mortuæ in-  
 cumbentium.

**Dd** Autor. Cæteri diiudicent.

Aut longe petit, aut in uanum profert: loquitur  
 1. Cor. 14. enim Paulus de prophetis. (Non credas Paulum hic  
 loqui de prophetis, qui futura prædicunt: sed loquitur  
 de prophetis, idest expositoribus & interpretibus san-  
 ctæ scripturæ) cum ergo duo aut tres prophætæ di-  
 cāt, alii diiudicēt, an recte exposuerint. Autor in aliis  
 optime & docte explicat articulum istum: ut mirum  
 sit, si sensum habeant aduersarii, quomodo dissentiat.  
 At illud A. signatum aduersariorum inferius uirgula  
 censoria ut par est tractabimus.

**R** Art. X. De sacramentis.

Recte & Chatholice sentit: at ubi dormitarūt  
 tam profunde glires Luteri: quod non obtule-  
 runt

runt scriptum. Cum eorum patronus tam pertinaciter negauerit sacramenta efficere gratiam: ideo Leo Papa. Leo Papa. papa x. fe. re. eius damnauit articulum. Hæretica est, sed usitata sententia, Sacramenta nouæ legis dare gratiam illis, qui non ponunt obicem. Cum audierint & approbauerint librum præsentem, ubi autor dicit: Altera, ut sint certa & efficacia signa uoluntatis & gratiæ Dei: & proinde non signa, ut tantum signent, sed ut sanctificent. Quæ uelim conferatis ad ea quæ uester prophanus Daniel scripsit in captiuitate Babilonica.

Articulus tamen esset locupletior, si expressisset numerum sacramentorum.

Art. XI. de sacramento Ordinis.

**O**rdinatio seu ordo est sacramentum: tamen in hoc desydero explicatiua uerba, dum inquit: Ef

Verbum huius sacramenti est, dum inquit: Si- Ioan. 20  
cut me misit pater, & ego mitto uos: accipite spiritum sanctum etc. Illa requirit exactiorẽ traditionẽ, quàm forte autor de industria omisit breuitatis studio: non potuit enim illa ignorare, quæ sunt omnibus obuia: et ego in Homiliis de sacramentis accurate exposui.

Autor. Elementum uero huius sacramenti est impositio manuum. Gg

Desidero in libro, cur non aperte protulit, in quibus ordinibus adhibenda sit impositio manuum s. diaconatus, presbyterii, & episcopatus. Nec etiam meminit unctionis in sacris literis probatæ: quàm turpiter lan-

cinant & histronice irrident Neochristiani, potestatem quoque ordinis & iurisdictionis non bene discriminant. Ac utius hoc facit Aliacen. & post eum Gerson & Gabriel.

Art. XII. de Baptismo.

Hb **O**Rdo non est bonus, dicebāt ueteres: quod sæpe in autore desidero, qui apparet esse multilegitus, sed qui nunquam publice fuerit professus: ideo arte tradendi caret. debebat semper unum ex alio pulcherrimo ordine naturali protrahere, ut filum ex filo: optimus enim contextus indicat expeditum & intelligentem artificem.

Hactenus fuit dictum de uariis, Item de ecclesia, de eius autoritate, de pœnitētia, de ordine &c. Cur non dudum egit de baptismo, qui est ianua ecclesiæ & ianua omnium sacramentorum: quid si quis esset ordinatus presbyter nō baptisatus, extra de presb. non bapt. Sed placuit nouitas, alioquin egregium habuisset ordinem tractandi apud Petrum Longobardum.

ii **C**æterum nolo esse anxius in aliis: mallet librum tanta cura & eruditione editum, ut nō esset opus aliqua uel mutare, uel expungere: at, dum inquit: Mandatum domini de baptismo, kantes docete oēs gētes etc.

Math. 28. Acutus statim obiiceret, Apostoli habuerunt mandatum de baptisando: Ita; ipsi primo fuerunt baptisati: Et Chrysoft existimat ex his uerbis domini ante

Ioh. 13. passionem: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes la-

Ioh. 4. uet, sed est mundus totus, apostolos tunc fuisse baptisatos

ros: nam statim post initium prædicationis in cepit  
apostoli baptisare ex mandato Christi, quanquam ipse  
non baptisaret.

In sequentibus non uideo quin catholica sint sane  
intellecta.

Art. XIII. de sacramento Confirmationis. Kk

**A**utor. Cõfirmatio inuititur uerbo Christi, qui  
promisit patrem rogantibus se daturum spi-  
ritum sanctum.

Manhu, quid audio? tot sententiarü, tot summarum  
scriptores tractarunt de institutione huius sacramenti:  
nullus tamen confugit ad eum locum, quem autor pro-  
fert: qui tamẽ in ista uerborü forma apud nullũ Euan- Ioan. 14.  
gelistam reperitur: pollicetur quidem a postolis se ro-  
gaturum, ut pater illis mittat & det alium paracle-  
tum. Porro ratio non permittit institutã esse confirma-  
tionẽ, ut autor præscribit: quia cõfirmatio est sacramẽ-  
tum irriterabile: si aut cõfirmatio fieret, dato spiritu  
sancto ad rogatũ, iam sæpius reiterari posset. Veriores  
modos & fundatiores narraui in Homiliis de sacra-  
Autor. Et quia nunc infantes. (mentis. Ll

Appendicem nullam totam reiicerem, nisi in fine au-  
tor se ipsum inclinaret: quia puer baptisatus & confir-  
matus habet maiorem gratiam, quã baptisatus tan-  
tum. Sequitur puerum baptisatũ & confirmatũ, mori-  
entẽ præmiari maiori gloria beatitudinis: cuius unus  
gradus excellit omnes diuitias mundi. Ideo acceleran-  
da est confirmatio infantis inquit Holcot & Maioris,

neque oportet expectare usum rationis, ait Gerson:  
 Quod citat concilium Aurelianen. ca. 3. Sic etiam ci-  
 tuo. lib. I. tauit Gratianus: sic Iuo, in Panormi: attamen in im-  
 presso Concilio Aurelianen. non reperitur: quod si eti-  
 am inuenitur, liquet canonē loqui de adultis, qui sunt  
 perfectæ ætatis, debent uenire ieiuni ad confirmatio-  
 nem, facta prius peccatorum confessione.

Perperam omisit præcipuum huius sacramenti, scili-  
 cet ministrum, Episcopum: nam ob hoc solum sacra-  
 mētum confirmationis est dignius quibusdam aliis: &  
 Lutherani sacerdotes attentantes nihil facerent, sicut  
 nec in eorum prophana ordinatione, quàm cuperet Bu-  
 cer esse Episcopus, sicut Nouatus & Aetius.

Articulus. XIII. de eucharistia.

Math. 26. **D**ormiente Petro uigilat Iudas: certum est &  
 I. uo. 16. D ex perior iam uiginti tribus annis hæreticos di-  
 ligentiores catholicis, qui nec laborib. nec con-  
 filiis, nec impensis parcant, filii huius sæculi pruden-  
 tiores filiis lucis ait Christus. Protestates fecerunt ad  
 notari eorum scriptum falsum, quod suo loco proba-  
 bimus: at mei collega non curarunt, ut adnotaretur  
 scriptum nostrum catholicum. Vbi hic fuit consigna-  
 tor Buceranus, de quo ab initio fecit mentionem.

De elemento huius sacramenti non accurate distin-  
 xit: uerum facile potest in sensum catholicum expli-  
 care, reliqua uideto in confutatione scriptorum pro-  
 testantium.

IN LIBRVM OBLATVM. 59  
Articulus .XV. de sacramento  
pœnitentiæ.

**S**i autor obseruasset ordinẽ doctrinæ, tunc totum  
articulum. 8. debebat huc transplantasse.

Autor. Verbum huius sacramenti citat Math.

18. & Ioh. 20.

Mm

Si accuratius expendisset, inuenisset locos illos esse di-  
uersos, ut expendi li. 2. de pœnitentiã c. x. & de prima  
tu Petri, quia soli Petro promisit clauẽ: hic autẽ om Math. 16.  
nibus apostolis promisit. Rursus quod Petro soli promi Math. 18.  
sit, apud Iohannẽ ei præstitit: sed quod discipulis pro- Ioh. 21.  
misit, præstitit Ioh. 20. Itaque sunt diuersa. Ioh. 20.

Autor. de satisfactione docendum est.

Nn

Incircumspecte esse dictum apparet: nam titulus  
articuli est de Sacramento pœnitentiæ: modo satisfac-  
tio Christi non est Sacramentalis: Ideo minus appo-  
site huc posita est. Neque satisfactio Christi est simpli-  
citer & in se propiciatoria culpæ, sed solum dum ap-  
plicatur eius uirtus & efficacia in Sacramentis, aut per  
gratuitam Dei uoluntatem. Ideo sancti patres & do- Patres &  
ctores sic loquuntur in hac materia, per absolutionem doctores.  
Sacramentum aboleri pœnam æternam, uel & merito  
passionis Christi in Sacramento operantis, eadem com-  
mutata in pœnam temporariam, cui satisfiat per pœ-  
nitentiã à sacerdote iniunctam, quæ solet canonica  
appellari: aut per opera satisfactoria uoluntarie susce-  
pta, ut Paulus inquit. Si nosmetipsos diiudicemus, nõ I. Cor. II.  
utique iudicemur à domino. Sic scholæ ab August.

H.iii.

edo



ANNOTATIO. ECKII

edocta. ccccc. annis docuerunt. Sic concionatores de-  
clamarunt sæculares & religiosi, & in hunc diem fa-  
ciunt per ecclesiam catholicam.

Articulus. XVI. de sacramento  
matrimonij.

Oo **A** Vtor. Matrimonij Sacramentum.

Mirum cur diuersarii non sunt protestati  
de contrario, & cum sint tam prodigi scripto-  
rum, cur hic etiam non obtulerūt signatum a b c. cum  
mambus & pedibus pugnent matrimonium non esse  
Sacramentum: Id quod & alii post Durandum incau-  
te & imprudenter scripserunt.

Autor. Matrimonij Sacramentū solis Christianis etc.

August. Mallem fuisset cautior: quia regulariter solet omne  
Innocen. matrimonium dici Sacramentum. Sic Augustinus ait:  
C. gaude- Sacramentum matrimonij est omnibus gentibus com-  
mus de di- mune: sed sanctitas Sacramenti solum est in ciuitate  
uor. dei. & Innocentius Papa. Sacramentū matrimonij est  
1. Cor. 7. apud fideles & infideles. testis est etiam Paulus. Si quis  
frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit ha-  
bitare cum illo, non dimittat illam dicit. Si modo ma-  
trimonium est Sacramentum apud infideles, quanto  
magis apud fideles in lege naturæ & scripta? Moyses  
duxit filiam Ietro, Ioseph Putifaris, Naason Raab,  
Obeth Ruth, Salomon filiam Pharaonis, Samson Phi-  
listeam. Quare incaute dictum Sacramentum matri-  
monij solis Christianis peculiare. Si limitasset, quid  
apud infideles & ueteres non est Sacramentum ueri-  
tate

tate significationis & sanctificationis, sicut Brulifer inquit, Matrimonium infidelium est dimidium Sacramentum: quia bona matrimonii sunt mutila & imperfecta apud infideles, ait Richardus. Et hoc est quod rotunde dicunt nostri, apud infideles est legitimum matrimonium, sed non ratum. Neque August. neque Ambr. & alii. his contradicunt, 27. q. 1. Idololatria, etc. quæsiuit Ambro. de diuor. Quæ omnia prolixè tractavi Homilia 71. De Sacramento. Si autor profundius trutinasset uerba sua, non hæssisset in hoc: quoniã uerbum Christi adfert pro hoc Sacramento Math. 19. sed Christus ibi loquitur de cõiugio Adæ & Eux: quare oportuit agnoscere esse ibi Sacramentũ, licet nõ magnũ illud in significatione, ut Paulus affirmat, in Christo & ecclesia.

Articulus XVII. de Sacramento  
vnctionis infirmorum.

**H**unc articulum uerum & catholicum, à declaratoribus Luteranis & ecclesiasticis admissum, layci ex protestantibus repulerunt, & recantantur. De quo infra loco suo.

Articulus XVIII. de vinculo  
charitatis, tertia nota ecclesiæ.

**S**atius esset hunc articulum ommittere, iuxta ea quæ superius dicta sunt de ecclesia. Vnde author recte per magnum & doctum uirum fuit admonitus, ut mallet profiteri uinculum unionis, quàm charitatis, ne mali excluderentur ab ecclesia: omitto, quod aliqui sunt electi secundum præsentem iusticiam,

ANNOTATIO. ECKII

2. Reg. 11. alii uero secundum eternam prædestinationem, qui  
 sunt ueri electi: & tamen non semper habent uincu-  
 lum charitatis contra impium Iouinianum, sicut Da-  
 uid adulter, homicida, superbus numerator populi.  
 Ibid. 24. Non discutio, quæ ratione citarit auctoritates, alioquin  
 non deesset, quod dicerem.

Articulus XIX. de ecclesiæ Hierar-  
 chico ordine &c.

**Q**uam fluctuat autor, quia nõ edificauit supra  
 firmam Petram, sed super arenam: si esset solide  
 in Theologia doctus, obseruaret ordinem doctrinæ: &  
 nõ iam tertio rediret ad ecclesiã & eius auctoritatẽ.

Declaratio uero erudita est, & quæ frangere possit  
 ceruices aduersariorum: Ideo iterum scriptum exhibuunt  
 minime Euangelicum. Quod inferius sub incu-  
 de, ut meretur, fortiter prememus.

**Q**9 Autor. sic tamen ut hæc cæremoniæ &c.

Nimis hic extenuat cæremonias. Et utcumq; catho-  
 lice & doctissime articulum hunc deduxerit, tamen  
 Lutherani, ut aranea, non sugent dulcedinem, sed ue-  
 nenum: & attrahent ea, quæ uel ad corticem literæ  
 coram indocta plebe, eis suffragantur: etiamsi sciant  
 hoc esse contra autoris mentem: Cauisset hoc autor, si  
 arctius strinxisset intentum. Quid enim ædificat in  
 plebe, dicere, cæremonias esse tantum incitamenta &  
 retinacula pietatis: ac si opera externa cæremoniã  
 non placerent deo. Ut nõ dissentiat ab Euangelica pu-  
 ritate, Omnino scandalosum est hoc, ac si cæremoniæ

in catholica ecclesia obseruatæ dissentirent ab Euangelio, quasi laqueos constitutis iniicerent, quasi Christianæ derogent libertati, hæc omnia Luterica sunt, non catholica. Nam mox stentorea uoce uociferabunt, ieiunia soluemus, festa sint libera, in quibuscunq; diebus carniū & ouorum esus sit licitus: quia præcepta illa ac inhibitiones sunt contra libertatem Euangelicam. Ita impie præcinunt rudi populo, nouitatum & licentiæ studio. Itaque satius fuisset eandem huius articuli unam lituram circūducere: Non enim potest nisi scandalum parere, apud eos qui propensi sunt, ut ab ecclesiæ obedientia recedant, cum audiant iusticiam nostram ab externis obseruationibus non pendere. Sacerdos ergo paruipendet dicere horas canonicas, quia externum: Monachus negliget Matutinas & ieiunia, quia externum: Nihili faciet peccatorum confessionem, quia externum: Ut in paschate sumat eucharistiam flocci faciet ut externum, cum mille similibus. Non est scandalosissimum, quod in fine addit: Cæremonas posse omitti, si absit scandalum & contemptus? O author, si hoc tacuisses, satius fuisset, cum omnis inobedientia sit uerus uel interpretatiuus consensus. Non excutio, quam uolente torqueat allegationes sacræ scripturæ, quæ prorsus nihil faciunt, neque probant, quæ ille molitur probare.

Articulus. XX. dogmata quædam ab ecclesia declarata & firmata.

DE INVOCATIONE SANCTORVM.

Rr

**A**utor. Nec damnandum est, si quis sanctos etiam nominatim appellet. Hoc catholice asseritur: at quod annectit, sed extra preces, quæ ad altare offeruntur. Hoc impium est, & ecclesiæ catholicæ dehonestatiuum, quæ non modo nominatim appellat plures sanctos in Canone maiori missæ: sed etiam in peculiaribus missis, secundum occurrentes sanctorum festiuitates, collectas de sanctis nominatim habet, licet per mediatorem Christum, ut alias, concludat. Ergo affirmare sanctos nominatim appellandos, sed extra preces ad altare, hoc est totius ecclesiæ catholicæ consuetudinē improbare: Ideo atro lapillo notandus est hic locus & expungendus, tanquam insolens, & ecclesiæ rebellis.

Quod si insurgat aliquis uir doctus, & obiciat, auctorem clare admittere inuocationem sanctorum, quando ad ipsos uertitur oratio, ut in letania fieri solet: qua ratione inuocandi in orationibus missæ ecclesiæ utitur, unde reprehensio illa est mera calumnia. At obicienti ego respondeo. Parcius ista uiris, nullam facio auctori calumniam. Nam quod tribuit auctori, eum admittere inuocationē sanctorū, quando ad eos uertitur oratio, ut in Letania: qua ratione inuocandi Ecclesiæ in orationibus missæ utitur: illam enim palliationē non admittit autor libri, sed prorsus excludit & reiicit: cum inquit, Sanctos nominatim appellandos, sed extra preces, quæ ad altare offeruntur: quis hic non uidet glossam  
san

sam esse contra textum. Glossator dicit, nominatim inuocandos sanctos, ut in Letania & orationibus missæ. Textus autoris habet eos non inuocandos in precibus ad altare oblatis, sed extra. Nisi quis hic torqueat, orationes in missa nõ esse preces quæ ad altare offeruntur.

Quod citat concilium Cartaginen. facit more solito, hoc est, allegat, & nihil ad propositum. Nam quod Concil. orationes ad sanctos porrigantur patri per filium: Id Carth. fit in & extra missam, in singulis etiam horis canonicis. & est noua forma orandi Euāgelica à Christo tradita, Amen amen dico uobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, ut latius explanauit Homilia dominicæ. v. post pascha. Concilium itaque Cartaginen. 3. nihil constituit de sanctis inuocandis, sed præscribit formam concludendi collectas per mediatorem Christum.

Autor. Sancti tantum ut conserui implorantur, non secus, quàm qui nobiscum sunt adhuc in carne.

Quantum extenuat intercessionem sanctorum & beatorum, ut non possit non scandalisari plebs hæc audiens. Nam beatos & omni miseria exutos, ciues cælorum, non ardentius, efficacius & placabilius DEVM pro nobis orare, quàm uiatores infirmos, fragiles peccatores, adhuc in mari fluctuantes, qui nec dum portum salutis attigerunt: Hieronymus improbat in Iouiano. Aduersatur etiam consuetudini ecclesiæ, quæ in letania inquit. S. Petre ora pro nobis: sed nullum ex uiuentibus quantumcunque sanctum sic inuocat.

Idem

ANNOTATIO. ECKII

Idem sit in Canone maiori missæ: & in publicis missæ  
 & orandi officiis memorantur celites in collectis, &  
 solemniter officia de eis aguntur, sed de adhuc uiuenti  
 bus nulla collecta intercessionis habet, nec officium so-  
 lemne. Imò ecclesia prohibuit, ne quis pro sancto uener-  
 retur, qui iudicio ecclesiæ non sit in canonem receptus  
 ut in c. 1. & 2. de reliq. & uener. sanct. in antiquis  
 & August. de Ancona. q. 14.

At surgit aliquis pro autore libri, & fatetur bea-  
 tosefficacius orare pro nobis, quàm uiatores: sed ut a-  
 tur hic quasi argumento à minori: quia si conserui ui-  
 tores minori charitate orant pro nobis in hac uitâ,  
 multo magis pro nobis orant sancti præditi maiori  
 charitate: sed autor excludit benignam illam inter-  
 pretationem: Ait enim, Tantum ut conserui implo-  
 rentur. Pondera tantum: Et quorsum tendat exclu-  
 sio, subiicit. Non secus, quàm qui nobiscum sunt in car-  
 ne: pondera, non secus: nam fucos excusationis non ad-  
 mittunt.

Quod si in scholis essem, obiicerem defensori: Nò com-  
 mode factum argumētum à minori, hoc loco: quoniam  
 etsi bona sit argumentatio, & sentētia mea efficax ad  
 probandum: tamen apud diuersarios, quibus hic autor  
 blanditur, nihil euincit: admittunt enim antecedens  
 Viatorem inuocandum ut intercedat: at negant illa-  
 tionem à maiori & illatum, ergo sancti sunt inuocan-  
 di, ut intercedant: licet nouerim quomodo eorum te-  
 meritas a pertissime conuincenda sit.

## De Imaginibus eodem Art.

**D**E imaginibus recte autor, nisi quod Iconoklastæ pro se arripere possent (quod solent facere captiunculatores) dum ait: Imaginum usum non in totum esse damnandum: nam existimo, neminem unquam fuisse tam stolidum, qui usum imaginum in totum damnasset.

Vt autem sit pinguior declaratio libri, addendum apparet. Imagines conferre non solum, quia excitent ad gestorum memoriam & recordationem: sed etiam ob id, quia instruunt simplices, admoneant scientes, & afficiunt omnes.

Contra hæresim Fœlicianam hoc quoque addatur (quia aliqui prælati ecclesiæ imprudenter in genere negauerunt imagines adorandas, unde pusilli scandalisantur) venerabiles esse imagines, sed non adorandas per se: at posse adorari, quando adoratio terminatur non ad ipsam imaginem, sed ad id quod imagine significatur: & ut Basiliius ait, referatur ad prototypum. Basiliius Ideo lapsam arbitramur autorem, cum ait: Non autem ipsa imago ueneretur.

Mirum quod protestantes hic nullum scriptum exhibuerunt: cum Argentinens. & Constantiens. modo illis coniuncti acerbissime imagines reiciant, & idolatriæ accusent: & maxime Bucerus, qui etiam obtulit cum quibusdam aliis se defensurum disputatione Bern. Ego qui laceram illam & miseram disputationem Byblicis scripturis & autoritate patrum confutauit, & ener



uani, ac edidi, nihil uidi quod gigantes illi respoderint  
 13. annis: at si malæ causæ eorum ita cōfidunt, ut ad-  
 huc respondeant, non cedit ex arena Eckius.

De Missa eod. Artic.

Vu **H**oc merito displicet non solum mihi, sed & mul-  
 tis bonis catholicis, quod autor aliquas mate-  
 rias controuersas, maximi dispendii, ut de Inuocatio-  
 ne sanctorū, de Imaginib. & de sacrificio missæ etc. ut  
 non dignatus sit illas sub propriis titulis & articulis  
 proponere: sed nouam inscriptionem præfixit. Dog-  
 mata quædam, ecclesiæ autoritate declarata & firma-  
 ta, quasi illa non haberemus quoq; ex scripturis, sed  
 uoluit Lutheranis adulari & dogmata appellauit, ac si  
 essent philosophorū placita, aut Hipocratis decreta:  
 sed omisso suspecto et neglecto titulo, ueniamus ad re-  
 Xx Autor. Victima in cruce immolata, non minus hodie  
 est efficax &c.

Hanc impietatem aures Christianæ ferre non uo-  
 lent, dicere eucharistiæ oblationem in missa esse tam  
 efficacem hodie, quando religiosa fide deo representa-  
 tur, sicut fuit in cruce, eo die, quando de sacro latere  
 sanguis et aqua exiuit. Sic præcipit sententias suas,  
 qui nunquam in scholis sunt exercitati. Si oblatio ho-  
 dierna est æque efficax, sicut in die parasceues in ara  
 crucis, sequitur nullam esse distantiam inter sacrifi-  
 cium cruentum & incruentum, nullam esse differen-  
 tiam in oblationem ueram realem, & inter represen-  
 tatiuam: Nihil referre, inter Christum uere oblatum,

Exemplar illius & commemorationem semel facti sa-  
 crificii. Sequeretur si essent oblationes æque efficaces,  
 essent eiusdem ualoris: oblatio autem Christi in cruce  
 fuit infiniti ualoris: quia ipse est propiciatio pro peccatis 1. Ioh. 2.  
 nostris & totius mundi: & ut Bern. ait, etiam si essent Bernhar.  
 infiniti mundi: oblatio autem quotidiana in mis-  
 sa est finiti ualoris: alioquin sufficeret quotidie una  
 missa in toto mûdo. Alioquin sufficeret una missa pro  
 anima defuncti, quod statim liberaretur, inò omni die  
 totum purgatorium euacuraretur, quia missa esset in-  
 finiti ualoris. Sequeretur etiam unam sufficere missam  
 pro defuncto, nõ esset opus anniuersario, septimo, uel  
 tricesimo: Nulla esset porro differentia applicationis  
 missæ, cum eius efficacia esset infiniti ualoris: Vnde S. Augusti.  
 Augustinus curans missam celebrari pro mortua ma-  
 tre ad ostia Tybernia, æque profuisset missa illa omni-  
 bus eo tẽpore mortuis. Et nec stulto dictum auctoris est  
 uerisimile, oblationem quotidianam esse æque efficacẽ,  
 sicut illam in cruce: Cum plus sit semel se in mortem  
 offerre, quàm millies nullies illius passionis & mortis  
 memoriam celebrare. Vnde ualor missæ finitus, ualor  
 mortis Christi infinitus: Ideo semel mortuus est, semel  
 oblatuſ est in ara crucis, cuius tamen memoriam quo-  
 tidie agimus in mysteriis: pulchrũ est, quod Ambrosius Ambro.  
 ait: In Christo semel oblata est hostia potes ad salutẽ:  
 Quid ergo per nos? Nõne per singulos dies offerimus?  
 Et si quotidie offeramus, ad recordationẽ mortis eius  
 fit, & una est hostia nõ multæ: quia semel oblatuſ est  
 Chri

ANNOTATIO. ECKII

Christus: Hoc autem sacrificium exemplum est illius.  
Christus hostiam obtulit, ipsam offerimus & nunc:  
sed quod nos agimus, recordatio est sacrificii.

Nemo ergo reducat nobis præpositiones, unam mis-  
sam æque efficacem omnibus animabus, sicut una can-  
dela illuminat totam habitationem: Nemo torquet  
De conse. Hiero. Cum pro centum animabus missa uel psalmus  
dis. 5. non dicitur, nihil minus, quam si pro unoquoque eorum di-  
mediocri- ceretur, accipitur: nam qua ratione dicat, præcicit: Me-  
ter. lior est quinque psalmodum decantatio, cum cordis  
puritate & serenitate & spirituali hilaritate, quam  
totius psalmi modulatio cum anxietate cordis &  
tristitia.

Stat ergo quod diximus, Auctoris dictum ut falsum,  
& scandalosum prorsus reiiciendum: Minuit enim dig-  
nitatem & efficaciam amarissimæ passionis & mortis  
domini IESV Christi.

At surgit quispiam eruditus, plus nimio affectus  
libro: Id quod in libro reprehenditur, est uerissimum,  
unam s. oblationem Christi semper esse eiusdem uirtutis,  
neque esse aliquo pacto ob diuturnitatem temporis im-  
mutam: differt tamen ab oblatione sacerdotis, &  
efficacia eius nobis applicatur per oblationem sacerdo-  
tis, quibusdam magis, quibusdam minus &c. At monco  
defensorem istum, ut uerba libri recte inspiciat: nam  
hoc liber non habet, quod ille assumit, unam oblationem  
eiusdem uirtutis: hoc sciuimus, oblationem Christi &  
eius uirtutem semper duraturam, quam diu sæculum  
sta-

stabit: Hoc debet tueri defensor, oblationem quotidianam in missa, tam efficacem esse sicut in cruce, fuso sanguine & aqua, ac posita anima, quod est falsissimum, et egregie confutat inter iuniores præpositus Gabriel, Lect. 27. licet enim sit idem Christus, qui utroque offertur, ac Canonis. ita in oblato nulla est differentia, sed in modo offerendi, ac efficacia oblationis. At hic defensor relicta tutela libri, hoc ipsum fatetur: quia alia sit oblatio sacerdotis, alia etiam efficacia secundum applicationem sacerdotis plus uel minus. Utinam hanc materiam in corona doctorum uirorum, publica disputatione, deberem uentilare: ubi etiam hoc adderem: Oblationis in missa efficaciam non esse eandem uel æqualem (non respicio hic ad sacerdotem bonum uel malum, deuotum uel frigidum) quia offerens principalis, ecclesia militans, cuius minister est sacerdos, non semper est æqualis meriti & acceptationis apud deum, sed in uno tempore plus in alio minus. Vt cumq; Henricus G. nitatur in contrarium: licet in declamationibus ad populum magis secutus sim S. Tho. cuius opinio non solum apparet uera, sed etiam plebs facilius intelligit. Aliud paradoxum quoq; defenderem, missæ efficaciam itidem ex opere operato, non esse æqualem, etiã eodem tempore: at quia aduersarii ista non intelligunt, missa facio.

Autor. Ecclesia seipsam offert in missæ sacrificio. Yy

Quantum placet nouitas. etsi tres libros scripserim de sacrificio missæ ante 15. annos, & sæpe hanc materiam in scholis Theologicis disputavi, etiã ante triginta

ANNOTATIO. ECKII

annos, ubi diligenter legi sanctos patres & doctores  
 non recolo tamen me legisse, quod ecclesia offerat seip-  
 sam in missa: hoc inueni, ecclesiam se offerre per opera  
 misericordiae Deo uiuenti: Inueni quod iusti offerunt  
 deo corpus & uitam ut ecclesia martyr: hoc inueni,  
 quod Paulus docuit ecclesiam, exhibeat corpora sua  
 pro hostiam uiuam, sanctam, deo placentem. Hoc in-  
 ueni, quod sacrificium Dei est spiritus tribulatus, cor  
 contritum & humiliatum. Inueni quod tota ecclesia  
 offeratur à CHRISTO Deo patri, & est sacrifi-  
 cium uniuersale Christianorum, quod fit etiam in mis-  
 sa: At quod ecclesia seipsam offerat in missa, non me  
 mini me legisse, nec credo uerum, Sicut non dubito eccle-  
 siam à CHRISTO in cruce deo patri oblatam, &  
 quotidie offerri in missa.

Ro. 12.

Psal. 50.

Aug.

At uenit defensor, quod ecclesia seipsam offert in  
 missa, expresse dicit Augustinus li. x. de ciui. dei. Dico  
 acutum disputatorem debere reddere singula singu-  
 lis: Augustinus nunquam hoc dixit, quod ecclesia seip-  
 sam offerat in missa, sed quod offeratur: & haec est  
 rei ueritas: quod liquet ex uerbis eius in fine c. 6. Hoc  
 est sacrificium Christianorum, multi unum corpus sumus  
 in CHRISTO: quod etiam Sacramento altaris, si-  
 delibus noto, frequentat ecclesia, ubi ei demonstra-  
 tur, quod in ea oblatione, quam offert, ipsa offeratur:  
 Aduerte, non dicit, quod seipsam offerat sed in ea ob-  
 latione. s. Eucharistiae, quam offert ecclesia, ipsa etiam  
 offertur: at non per se, sed per Christum, qui est sa-

cerdos magnus, qui corpus suum uerum obtulit in cruce: iam quotidie offert corpus suum uerum & mysticum in missa.

Autor. Dona quaedam tam panis quàm uini offerebat. ZZ

Quod sub missa uaria solebant offerri in ecclesia, hoc hodie obseruatur in Germania & Græcia, ubi offeruntur panes, uina, cera, farina, panis, oua, sal: & panis omni dominico die, ut audio, benedicitur in Gallia: quem morem suo tempore obseruatum in Africa testatur S. Augustinus: sed quid hæ oblationes Laycæ, August. ad diuinissimam oblationem sacerdotalem in missa: cùm unum tantum sit sacrificium externum ecclesiæ s. Eucharistia: multa tamè alia offerantur, iuxta c. omnis Christianus, de conse. dis. 1. & c. statuimus. 16. q. 1. Et Dauid lætabatur, quando uidit cunctum populum ingenti gaudio offerre donaria. 1. Paralip. ult. Et hoc præcepit DEVS per Moysen Exo. 23. Non appare- 1. Paralip. bin in conspectu meo uacuis. Offeruntur itaque uel ex ult. Exo. 13 præcepto, uel consuetudine, uel deuotione, Et ad honorem DEI, ut agnoscatur tanquam summum bonum, rector & gubernator supremi domini, & in suorum ministrorum sustentationem: tamen huiusmodi oblationes non sunt, quæ perferantur per manus sancti angeli in sublime altare DEI, in conspectu diuinæ Maiestatis suæ, sicut est sacrificium missæ unicum: sed sic presentantur sicut aliæ orationes fidelium, & actus latriæ, DEO debiti.

Art. XXI. De administratione sacramentorum, & ceremonijs quibusdam speciatim.

¶ **A**utor duas reuocet sententias. Vnam falsam & damnabilem: sacerdotem non debere celebrare missam, nisi habeat communicantes: Alteram, quod possit celebrare, modo assint, qui spiritaliter communicent. Bucer dolose adiecit in margine eorum quæ duo collegæ mei, Pflugius & Gropperus adnotarunt: hæc scilicet uerba: Huius sententiæ nos sumus: & ita posuit, ut simplex Lector, potius ad primam sententiam applicaret, quam secundam. Sic fraudibus, uti solent uulpes, demolientes uineam domini sabaoth.

Bucer.

Pflugius.

Gropperus

At quia illa prima sententia est contra usum & consuetudinem totius ecclesiæ, contra fundationes ecclesiarum cathedralium & collegiatarum, contra ius parrochiale, contra ultimam uoluntatem eorum, qui beneficia fundarunt, contra ritum & obseruantiam omnium bonorum religiosorum: Nulli etiam rationi consonat, sed ex fonte promanat hæretico: nunquam persuadebor præfatos dominos collegas meos, fuisse illius peruersæ & ab ecclesiâ alienæ sententiæ: sed potius ipsos indicasse secundam eî placuisse sententiam.

99 Autor. Quoniã utriq; de sententia sua sunt persuasi. Illud est consiliium malum, totius Ecclesiæ & Christianæ deuotionis destructiuum, multas in se hæreses

cōplectens: Nam primo errant, quòd nolunt celebrari missam, nisi adsint communicantes. 2. Quòd nolunt plures celebrari missas in una ciuitate uel ecclesia eodem die, etiam si sint L. beneficia fundata, aut L. monachi in uno monasterio. 3. Consecrarium est sacerdotem, etiam si habeat cōmunicantem: non debet tamen celebrare missam: si sit alius, qui legat publicam & communem missam, eiusdem ecclesiæ. 4. Turpissime & impie errant, omnes missas priuatas abrogando, siue fiant in priuatis sacellis, siue celebrentur in altaribus seorsum, extra unum commune & publicum altare: hinc in multis ecclesiis, altaria Turcice funditus & non communi-  
 diruerunt. 5. Sacrificuli eorum pigri & mordente conscientia, hanc etiam inuenerunt impietatem, ut ipsis celebrantibus & consecrantibus, ac laycos communicantibus, ipsi se à communionem contineant, contra totius ecclesiæ consuetudinem, contra omnem honestatem, contra expressam Concilii Toletani constitutionem: quæ sic habet: Quicumque sacerdotum diuino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se à communionem suspenderit, ob ipsa quæ se indecenter priuauit gratia communionis anno uno repulsum se nouerit: Nam quale erit illud sacrificiũ, cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus tenendum est, ut quotiescunque sacrificans corpus & sanguinem IESU Christi domini nostri in altario immolat, toties perceptionis corporis & sanguinis CHRISTI, participem se præbeat.



Et rationabiliter loquitur canon, quia cum sacerdotes sunt pastores, rationi aduersatur, quod laycos pascunt & non se ipsos: Cum populum ad synaxim inuitant, eam laudant ab effectu sacramenti: quis eis crederet: si ipsi non communicant: nam ipsi maiori debent pollere mundicia & sanctitate, quibus peculiari

Leui. II. & ter dicitur, sancti estote, quoniam ego sanctus sum: at  
 19. Deut. 7 urget eos conscientia in eorum Epicurea & Louiniana uita, ut ad sancta sanctorum ingredi non audeant: quantumtuncunque sibi excusationem fingentes: sed diabolus  
 Ifa. 66. insidiabitur calcaneo eorum: dum in fine uitæ uermem excitabit conscientia, qui non moritur, sicut nec ignis extinguetur.

Missas priuatas semper fuisse in ecclesia proprio libello probaui, in hoc conuētu Ratisponen. edito: ad quem Bucer nondum respondit.

Sepelire  
 missam

Zuingliani

Admisso consilio, iam uia esset hæreticis facta ad sepeliendum missam penitus: Id quod Zuingliani, iam fecerunt Argentina, Constantia, Basilea, Berna, Meringa, Augusta, Ulma, & cohærentibus: Idem eueniet apud Lutheranos: nam frigescente charitate, iam octo diebus nullus adesset communicans. Postea per mensem. Deinde per trimestre etc. & sic paulatim euanesceret Missa: Vbi tunc maneret iuge & quotidianum sacrificium in Ecclesia DEI? Ad quid zelus ueterum Christianorum fundasset L. Monachos aut sacerdotia in uno loco, si sufficeret una sola missa publica in septimana aut mense? quot fratres in uno monasterio

sterio collegit S. Benedictus, S. Maurus, S. Leonhardus, S. Firmianus: & apud S. Gallum aliquando quadringenti fuerunt fratres? Ad quid tot altaria, tot capellæ, in & extra Ecclesiam, ab antiquissimo tempore sic in uno loco constructæ, sicut B. Gregorius tredecim meminit altarium Sanctionis extructorum.

Cum missa proficit uiuis & defunctis, ac toti Eccle- Mala quæ  
siæ: cur ob defectum non communicantium sacerdos ex consilio.  
uellet illos priuare fructu tam utili & necessario? Et  
quia missa celebratur, etiam aduersariorum sententia  
ut recolatur memoria passionis Christi & mortis: modo  
Layci etiam non communicantes, tamen astantes  
missæ, priuantur illo commodo: ut nec excitentur ad  
gratias agendas redemptori CHRISTO: nec simul  
spiritualiter offerant cum sacerdote in missa, hostiam  
illam uiuificam, uti alias à deuotis fidelibus fieri  
solet.

Et ut rem planissime dicam, quam Laycus quisque Plures Mis-  
cordatus facile intelligat. Si bonum est memoriã morse bonæ.  
tis Christi & sacrificium in una missa agere, & DEO  
placet, quanto magis diuinæ placebit maiestati, si se-  
pius & pluries fiat in eius commemorationem? Et hæc  
ratio obiecta est Ludero in Schmalckhaldia: & fri-  
gidè respondit.

Ad hæc cauteriatas faciet conscientias habentibus be-  
nificia fundata ad plures missas: quomodo enim illæ-  
sa conscientia possunt illas omittere, cõtra supremam  
fundatorum uoluntatem, quos debitis defraudant

ANNOTATIO. ECKII

*suffragiis: nam si etiam nullus ex plebe sit idoneus ad communicandum, ipsi parent se idoneos iuxta benefici institutionem.*

**Sicca Missa** Impium & blasphemum est nouum aliquorum commentum, & à Christo passo in ecclesia inauditum, de sicca missa, iuxta uulgare Germanicum: Eam autem appellant siccam, quando die dominico aut festo sacerdos simulat omnia quæ sunt celebrantis, cum introitu, collecta, epistola, Euangelio, & canticis: tamè quis non habet communicantem, nec ipse uult communicare, Ideo non consecrat, sed est missa sicca sine eucharistia, sine corpore & sanguine CHRISTI: nonne hoc est irridere Deum, et illudere Christo cum Iudæis faciem eius uelantibus, spectaculi more simulare id, quod in ueritate non agitur?

**Consilium** Postremo auctor libri hic aduersatur Cæsari, simili libri cõtra liter duo collegæ mei, qui cõmittunt Cæsareæ Maie Cæsarem. stati, & ordinibus imperii consilium illud an proffit, expendendum: Nam catholicus & gloriosissimus princeps CAROLVS Imp. noster, tam in indictione huius conuentus, quàm in tota hac actione, semper protestatus est, quod peracta & deliberata nullum fiat præiudicium recessui Augusten. in quo roboratur edictum Vuormacien. contra Ludderum & adherentes Anno salutis 1521. emanatum. At in recessu Augusten. huiusmodi articulus continetur.

Similiter debent publicæ & priuatæ missæ, cum canticis, & incorporatione maioris & minoris Canonis

nonis, & aliis orationibus, uestibus, ceremoniis, & ordinationibus, omni modo, sicut hactenus laudabiliter in ecclesia catholica obseruatum est, & hodie obseruatur, peragi: & in his omnibus nulla mutatio aut nouitas attentetur.

Alius quoque articulus in eo habetur. Item, specialiter: debent ecclesie cathedrales & collegiatae, monasteria, parrochiae, beneficia, cum eorum statutis, ordinationibus, regulis, institutionibus, fundationibus, canonicis, lectionibus, praedicationibus, missis, orationibus, sepulturis, & consuetis laudabilibus & usitatis, ceremoniis Christianis, sicut hactenus in ecclesia catholica exercentur, manuteneri ac defendi.

Cum ergo constet de mente Christianissimi Imperatoris nostri, male obtruduntur ei aduersa & minus Christiana consilia, & quod antea tam maturo ac de liberato consilio, una cum ordinibus imperii, conclusit ac per imperium publicauit, iam denuo reuocet in dubium, ac tanquam rem incertam denuo expendat, an 14. q. 1. sit utile tranquillitati ecclesiarum. Ea quae semel certa maiores tam habuerunt & concordem definitionem, non debent iterum in dubium reuocari.

In summa, qui consulunt missam in totum aboleri, ut Zuingliam: aut in parte, sicut Lutherani: aut qui in uoluntatem celebrantium conferunt, ut autor libri, oēs illi sunt praecursores, et praeparat uiam, non domino, sed Antichristo, qui auferet iuge sacrificium iuxta Daniel. 12.

De communione sub vtraque  
specie sub eod. Art.

Autor, Cum plurima plebs Germana sit persuasa.

- A. I. Requiro melius hic iudicium & candidius in auctore: uult enim Germanæ plebi debere permitti hanc communionem liberam, ut sub una uel duabus speciebus communicet: Hoc posset fieri, sicut Basileæ fuit actum cum Bohemis, & in Augustanis comitiis fuit tentatum cum Luteranis: At quod hanc rationem affixit, quis plebs sit persuasa, mandatū Christi requirere integrā Sacramenta: & cauendum est, ne quis ad sacrosanctā mysteria participanda accedat cum mala conscientia insinuat hoc: si ille habet conscientiam de sumenda utraque specie, sumit unam tantum, format sibi desper conscientiam. At friuolæ sunt hæ rationes ac temerariæ. Imò concludunt potius contrarium, ecclesiam non debere eis permittere utramque speciem: quia plebs Germana sic esset persuasa in errorem. Et sic ecclesia permittendo, firmaret in eis errorem: quia credunt uniuersalem ecclesiam facere contra mandatū Christi, contra institutionem Christi: & permittendo ecclesia roboraret eorum falsam sententiā, ubi affirmant omnes laycos catholicos male facere, omittingo alteram speciem. Autor non nouit modum sanctorum patrum & ecclesie, in his erroribus expugnandis: non enim extinguuntur hæreses permissionibus, sed dum contraria statuantur: Vt dum Nestoriani negarent

MARIAM esse Theotokon, sed CHRISTO tockon: ecclesia hoc nõ permisit, sed cõdemnato Nestorio in cõcilio Ephesino etiã prohibuit, ne diceretur Christotokos, quamuis ipsa benedicta mater uere sit Christotokos: Sic dum Hebionitarũ hæresis inualesceret, legalia obseruãda cum Euangelio, unde negabãt posse cõfici in pane fermentato, eo quod omnis oblatio quæ offerretur domino, sit sine fermento. Hanc hæresim nõ permisit Leo papa: sed contrariũ præcepit, ut oēs fermentato conficeret, ut Richardus & alii meminerunt.

Non tamen in totum reiicio, ut permitti non possit illis utraq; species, sed non illa ratione, quam autor libri sequitur: sed sicut Casarea Maiestas in concordia obtulit Luteranis Augustæ ad imitationem concilii Basiliens. sub eiusmodi articulis & punctis. 1. quod credant communionem sub utraq; specie non esse præceptam, 2. quod credãt et ita doceant laycos nõ peccare, Communio qui sub altera specie tantum cõmunicant. 3. credant sub utraq; & doceant non plus sumi sub duabus speciebus q̃ sub specie eate una. 4. quod sub una specie sumatur totus Christus, uns per idest, tam corpus eius, quã sanguis. 5. quod diuersa mittenda in ecclesijs suis, layco petenti alteram speciem, non denegent. 6. Cura abhibeatur per utramq; potestatem, ne Sacramento calicis irreuerentia exhibeatur. Hanc concordiam & sub huiusmodi schemate, si autor proposuisset, Catholici forte non fuissent aspernati: at hæreses & erroneas confirmare persuasiones, ut autor libri facit, ecclesia non consentiet.

ANNOTATIO. ECKII  
Qua lingua sacramenta admini-  
strentur sub eodem Tit.

A. 2. Nihil offendit, nisi sententia auctoris esset, in missa  
epistolam & Euangelium non legenda latine, quia sic  
reuereremus eum. Bene tamen agitur in ecclesia latina  
ut missa eadem lingua legatur, ad Vualdensium erro-  
rem cauendum.

Art. XXII. de disciplina  
ecclesiastica.

Autor. Qui contra professionem & uotum, contra-  
xerint.

Displicet, & non parum suspicionis habet, quod au-  
tor præcipuos articulos nostra tempestate contrauer-  
sos, nescio quomodo furtiue commiscet, ut sub propriis  
titulis non perspiciantur: Ita fecit superius de uene-  
ratione sanctorum, de imaginibus, de sacrificio missæ:  
Hoc idem iam facit de cœlibatu cleri, & de uotis mo-  
nasticis: cum tamen uiderit Luteranos in confessione  
Saxonica Augustæ, illa suis titulis propriis distinxisse  
& proposuisse.

A. 3. At ueniendo ad rem, primo autor ait: Contra hen-  
Concilium tibus contra uotum, episcopus loci humanitatem fa-  
Calcedon. cere potuit. Hoc uerum est, & habet canon. 16. Con-  
cilii Calcedon. sed non dicit, quod in coniugio perse-  
uerabant: sed potius oppositum probatur, quia inquit  
ipsis confitentibus, & sic se accusantibus, & proprium  
facinus improbantibus, episcopus loci potuit eis huma-  
nitatem ostendere, non tam seueram pœnitentiam eis  
im-

inungendo, sicut rigor canonum exigebat.

Autor. Matrimonium tamen non dirimit, & testatur Augustinus.

Hoc inquam est falsissimum & de iure & patribus Extra qui improbatum, expressam s. professionem & uotum non cle. uel uo-  
dirimere matrimonium, quia contrarium definitum uen. 27. dis. c.  
est in c. consuluit c. insinuante extra. Qui cler. uel uo- 27. dis. c.  
uent. & 27. dis. c. presbyteris c. uouentibus: Et in alle presbyter  
gatis causa & questione. c. uidua. c. & quia aliquos. c. 27. q. 1. ca.  
ut lex. c. quæ Christo cū concord. Et in corpso c. nupti uidua.  
arum, quem allegat autor, expresse dicit August. de  
uouentibus. Non solum nuptias capescere, sed etiam si  
non nubant, nubere uolle, damnabile est: quod etiam  
Hiero. eisdem ferme uerbis testatur. At sequentibus uer Hiero.  
bis deceptus fuit autor, in hac materia non satis eru-  
ditus, cum Augustinus dicit damnari fidem uoti fra Aug.  
cti, quia primam fidem irritam fecerunt: sed non dam-  
nari nuptias & matrimonia: simile quid dicit Theo-  
dorus. Verū in scholis didicisset uotum simplex impe- Extra quā  
dire matrimonium, sed non dirimere contractum: non cle. uel uo.  
enim separantur ab inuicē c. rursus, c. meminimus. Qui  
cler. uel uou. & c. quidam dis. 27. & sunt uerba B. Au Aug.  
gustini ad Iulianum. Uotum uero solemne & impedit  
matrimonium cōtrahendum, & dirimit contractum,  
periura superius allegata: Loquitur ergo Augustinus  
de uoto simplici, non de solemni, & expressa professio-  
ne. Hoc debebat autor didicisse ex Gratiano post di-  
ctum c. presbyteris sic dicentem. Hinc distinguendum  
est,



ANNOTATIO. EGKII

est, quòd uouentium alii sunt simpliciter uouentes, de quibus August. & Theodorus locuti sunt: alii sunt quibus post uotum benedictio accedit consecrationis, uel propositum religionis: de quibus Hiero. & Nicolaus, & Calixtus scripserunt.

Quod odiosius perstringit monachorum ordinem præ cæteris, non uidetur ex bono zelo factum: Multo minus, quod tacite sugillat diuersitatem ordinum, & multitudinem monasteriorum, ex Luterana face apparet profectum, sicut & illa quæ coherent: Subfucos enim honestati illa proponunt Luterani, ut Melancthon sæpe rhetoricatur & exclamat de scholis habendis. uerum illæ non minus agerent hodie reformatio-  
ne, quàm monasteria. O dii, quando cogito, quæ grauitas erat doctorum, quæ honestas magistrorum, quæ disciplina scholarium, quàm diligentes lectiones, disputationes, quàm frequens erat auditorium in omnibus collegiis meo tẽpore Heidelbergæ, (hoc enim fuit primum studium meum approbatum.) & confero ad tempora nostra, & quæ iam uidi & audiui, libere potius flere, tanta facta est desolatio, ruina & deformatio. O tempora. Etiam in ecclesiis cathedralibus dignitas existit scholastici: at prouentus recipiunt, etiam absentes, & raro docti. Porro de officio nihil curant, aut parum substituentes pauperes, qui minus accipiunt: at hic defectus notabilis per concilium generale omnino debet reformari.

Art. XXIII. de disciplina populi.

iste

**I**ste articulus sicut & præcedens mores respicit: & profecto uterq; status misere lapsus est à sua integritate, & magna egent reformatione: quod à multis copiose tractatū, & à piis propterea desideratum concilium generale, quo his languoribus medicina fieret: forte autor, qui tā macre utramq; rem tractauit, eò respexit indubie, plura allaturus, ubi res poposcerit.

Autor. Deinde usus clauium, qui iurisdictionis dicitur.

Id quod ubiq; ferme desidero in autore libri, hic aperte ostenditur, eum in rebus Theologicis, speculatiuis et practicis, minus peritum & exercitatum. Nam Chimeram ab initio uidemus, usus clauū, qui iurisdictionis dicitur, & explicando ad excommunicationem transit: Nam si ueros Theologos uel à limine salutasset, perspicuum ei fuisset aliam esse potestatem clauium, aliam iurisdictionis. Nouisset usum clauium simplicibus etiam sacerdotibus communicatum, qui nullam habent excommunicandi iurisdictionem, nisi ex consuetudine hoc haberent in certis casibus. 2. q. 1. Nemo. Et profecto mirandum est de prudentissimis & uere magnis uiris ciuitatum imperialium Germaniæ, qui grauiter tulerunt, si quis conciliium ab Episcopo excommunicaretur, quod rarenter fiebat: Modo contendunt, & omnibus uiribus enituntur, eorum simplices sacerdotes, coniugati etc. ut pro libito possint excommunicare. Prudenter Senatus Nurnbergen. hanc insolentem prædicatorum suorum petitionem repudiavit: re-

A. 5.

2. q. 1. c.

Nemo.

Nurnberg

deo

deo ad auctore libri, si nouisset Episcopum electum uel  
nominatum & confirmatum, posse excommunicare, in  
spendere, interdicare, & alia facere, quæ sunt iuris di-

e. Transmissi-  
sam extra de  
de elect. electionis: esto quod clauis non habeat, non sit sacerdos  
ut definitum est clare in iure nostro c. Transmissam de  
elect. Imò non solum electus ad episcopatum, sed etiam

archidiaconus, uicarius, officialis Episcopi, non sacer-  
dos, modo sit clericus, est capax usus illius & potestatis  
excommunicandi, scriptum suum emendasset: Idcirco  
quod ad iurisdictionem proprie pertinet, non dicitur

Bonauen. esse clauium, in excommunicatione. Sic Bona. inquit  
potestas excommunicandi est gladius, non clauis. q. 4.  
dis. 19. Extense tamen possunt dici clauis ait Scotus

Scotus. & bene appellatur potestas ligandi & soluendi in his

Longobar. qui possunt excommunicare, ut petrus Longobardus  
in textu habet ea. dis. Non ingredior materiam de cla-  
ue scientiæ & potestatis: sufficiat, quod euicerim usum  
clauium, non esse iurisdictionis excommunicandi, quo  
tendit autor. Hoc unum superest, illas potestates esse  
distinctas ex eo conuinci, quod distincte Deus dedit

Math. 16. potestatem clauium, promissiuè Math. 16. & Iob. 20.

Iob. 20. executiuè: Potestas autem iurisdictionis data est, di-

Math. 18. cente CHRISTO ad Petrum Si peccauerit in te fra-  
ter tuus & c. & infra. Dic ecclesiæ, quod si ecclesiam  
non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: lo-  
quor semper de illa iurisdictione in excommunicatio-  
ne. Quia omnibus obuium est, sacerdotè non posse exer-  
cere potestatem clauium sine iurisdictione: alioquin pos-  
set

set absoluere non suum: Imò quilibet posset absoluere quemlibet, ut indocte sensit Armac. in quæstionibus Armac. Armeniorum: quam tamen imprudenter sequitur Du Durandus randus, dicens multum improbabiler, hanc esse probabilem sententiam.

Autor postremo de ieiuniis, feriis, & delectu ciborum. A. 6.

Quantum ueneni in hac breui periodo lateat, non me latet: sed prodeat qui uelit, inueniet Eckium, modo uixerit, ecclesiæ catholicæ assertorem: Nam quòd uiri pii ac docti (hominum eligentium sententia) in consulta. Ap. cui supremus honor & iudicium debetur, in hac uiatrice ecclesia, deberent decernere de ieiuniis, feriis, delectu ciborum, & aliis ecclesiæ constitutionibus, non uideo quomodo fieri possit: Et maxime suspectus est autor, quod ait, Quo nulli laqueum iniiciant, hæc uox luporum est, non ouium: Nam & Lutetani contra ecclesiam, hunc inanem & falsum casillum prætexunt. At dum respondebimus scriptis protestantium, huiusmodi dolos explicabimus.

Hec autem de libro dixisse, quàm breuissime fieri potuit, sufficiat.

SOLI DEO GLORIA.

K

# SCRIPTA

L V T E R A N O R V M

Aduersus Librum à Cæs. Maiestate  
oblatum: quæ & titulis & literis  
Alphabeticis inscripserūt.

Art. I. De autoritate Conciliorum,  
datus ad art. 9.



**I**s est articulus nonus in libro nobis col-  
locatoribus proposito: in quo profectus  
aut or uere & egregie ostendit schisma-  
ticis, & quam necesse sit autoritate ec-  
clesiæ sequi & conciliorum, ad ueran-  
fidem & beatitudinem consequendam: At hi qui ec-  
clesiam dei reliquerunt, qui ex nobis exierunt, qui sibi  
fidem constituunt secundum phantasmata mentis suæ,  
non possunt illa audire de autoritate ecclesiæ, sed cla-  
māt, durus est hic sermo: & luciferiana superbia scri-  
pta canonica acceptant pro libito, & pro licentia &  
libidine reuiciunt, interpretantur, aduersus ecclesiam,  
aduersus cōcilia et sanctos patres: hinc illa lachryma.  
Sed dolos, errores, & fucos eorum, fidelibus catholicis  
palam faciamus. Et quia nauseam pareret, si singula  
uerba essent renarranda, per puncta placet prosequi  
errata: nō spero, quod incusaturi sint me indiligētia,  
utrunq; ex Bucero intelligā illos mihi minus fauētes.

Punctū, I. Bucer. Præcipua reuerentia post Deum & uerbum  
debetur ecclesiæ.

Quia hic pendet fundamentum omnium heresum, quod contempto ecclesiæ iudicio, scripturam præferunt: quæ pro libidine sua uertūt, inuertunt, imò etiã peruertunt, ut circa articulum illum nonnum pauca attulimus, adiiciamus modo alia, semper tamen pro firmo habentes, quod non loquimur de uerbo scripto per spiritum sanctum in cordibus fidelium, sicut Paulus ad Colossen. scribit.

Epistola nostra uos estis scripta in cordibus et infra. 2. Cor. 3  
Epistola estis Christi, ministrata à nobis & scripta, nõ atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Recensebo tamen per ordinem, quæ catholici sentiunt in hac materia.

Verbum dei scriptum, de quo loquuntur aduersarii, 1.  
non præferendum ecclesiæ: quia finis est melior medio ad finẽ, propter unumquodq; tale etc. Verbum aut scri-  
ptum est datum propter ædificationem ecclesiæ, quare necesse est ecclesiam esse digniorẽ quàm uerbum scri-  
ptum atramento.

Christus plantauit ecclesiam, & tamen nihil scrip- 2.  
sit, neq; iussit apostolos scribere, sed docere omnes gens  
tes, ut uerbum illud quod mentibus fidelium imprime-  
rent, esset uerbum spiritus, excellentius quàm nigra li-  
tera scripta occidens.

Sic promisit DEVS per Hier. Dabo legem meam 3.  
in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam,  
& ero eis in DEVM, & ipsi erunt mihi in populum. Hier. 31

CONFUTATIO ECKII.

Aristo. 1. Lex ergo Evangelica principalis est illa, quæ est scripta  
 Periber. illius legis mentalis, iuxta illud Aristot. sunt autem illa  
 quæ sunt in uoce, notæ earum passionum, quæ sunt in  
 anima. 1. Perihermen.

4 Hinc sequitur quò scriptū Euangeliū habet suam literam occidentem: Nullus enim unquam fuit hæreticus qui scripturis niteretur male intellectis: sed iudicium tunc est apud Euangelium mentale, in corde ecclesie.

5 Quis enim nescit maiorem esse Iudicem iudicatorem? qui nescit totum esse maius sua parte? sed scriptores Canonici Mathæus, Petrus, Paulus &c. fuerunt solum parti ecclesie, & de uariis scriptis Euangeliorum titulo, ecclesia iudicauit per Euangelium mentale, respuenda Euangelia Thomæ, Bartholomæo, Andreae, Barnabæ, & aliis inscripta, & approbavit Euangelium Marci de quo non constat, an uiderit Christum.

6 Et scriptores Canonici semper prius habuerunt Euangelium mentale, quàm ederent illud nigrum in litteris. Hinc est, quod ecclesia aliqua mutauit de scriptura, ut sabbatum, esum suffocati, Baptisma in nomine IESV. CHRISTVS cenatis dedit eucharistiam, ecclesia ieiunis: Christus sub ambabus speciebus, ecclesia laycis sub una. Paulus permisit dispares in fide coniuges, ecclesia improbavit.

7 Cum ergo credimus ecclesie dicenti, Iohannes scripsit euangeliū, quod alias nesciremus: ita & alias ecclesie credere debemus dicenti: Christum illa & illa inscripsit

stituisse sacramenta, tradidisse a postolis obseruantiam  
quadragesimæ, confitendi rationem, unctionem infir-  
morum, & huiusmodi.

Quibus etiam pernicax Luder uictus, tribuit eccle- 8  
siæ hanc potestatem, ut possit discernere uerba Dei à  
uerbis hominum: sic eadem ratione potest discernere  
Sacramenta fidei ab aliis signis: quia non minus neces-  
saria est ecclesiæ cognitio Sacramentorum, quàm scri-  
pturarum.

Ex quo infertur ad unum notabile, & quod fran- 9  
git ceruicem aduersariorum. Si ecclesia potest cogno-  
scere de scripturis, multo magis potest cognoscere sub-  
orto dubio, quis sit uerus sensus scripturæ: quia eodem  
spiritu scripturæ interpretantur, quo conduntur: Sic  
recte intelligendus est Augustinus contra epistolam  
fundamenti: Euangelio non crederem, nisi autoritas August.  
ecclesiæ me commoueret.

Hanc potestatem ecclesiæ fatentur hic protestan- 10  
tes, quia ecclesia habeat euāgelium, spiritum sanctum  
gubernatorem, habet ius uocandi ministros, habet in-  
tellectum & interpretationem doctrinæ diuinitus  
traditæ, habet administrationem Sacramentorum &  
suam iurisdictionem & iudicia. Et infra. In ecclesia est  
triplex autoritas s. testificandi de scripturis, uere inter-  
pretandi scripturas, constituendi iudicia de doctrina.

Iam quilibet utens ratione, apertissime uidet, quomo- 11  
do sibi contradicant, & nõ puduerit eos Cæsareæ Ma-  
gestati ac ordinibus imperii pugnātia scripta offerre:



## CONFUTATIO ECKII

dicunt enim: ecclesia potest testificari quæ sit uera scriptura, quis sit uer<sup>9</sup> intellect<sup>9</sup>, potest iudicia cõstitueri de doctrina scripturarũ: Et cũ hoc tamẽ uociferatur Maiorẽ esse auctoritatem scripturæ, q̃ totius ecclesiæ.

Alia errata in hoc articulo.

1. **D**onum interpretationis est penes uerã ecclesiã sed non est certis personis aut locis alligatum & alias est in pluribus, alias in paucioribus.
2. Hoc donum interpretationis non est apud impiam multitudinem, neque apud hos, quos oportuit propter nota crimina excommunicatos: sed hoc donum ad pios pertinet.
3. Cum ecclesia pronunciat iuxta uerbum DE I recte intellectum, necesse est omnes parere. ponunt exemplum. Sic nostræ ecclesiæ nobis assentiuntur contra Anabaptistas & alios.
4. Cum autem possit accidere, ut plurimæ personæ in synodo sint impiæ, fatendum est Synodos generales et prouinciales errasse, ut Smyrnæ: præterea etiam pii habent suos lapsus.

Confutatio errorum illorum.

1. **F**aciunt hic ecclesiam mathematicam & ficticiam: quia cum non sit alligata personis & locis, ubi ergo est? Procede Buzere & monstra ecclesiam: quod si coetum ostenderis ex uotifragis monachis & monialibus & Sacerdotibus: Omnes boni dicent hanc esse impiam multitudinẽ, periurã, ac omnibus honoribus destitutã: Non dubium congregationem

Cardinalium, Episcoporum, Monachorum & Theologorum, pro solita uestra modestia, & reuerentia erga praepositos ecclesiae (quibus S. Paulus obedire iubet) Ad He. 13 denotastis in impia multitudine.

Vestram autem & Pickardorum ac Anabaptistarum mathematicam ecclesiam (eodem enim hic laboratis morbo) saepe improbaui: quia Paulus & Barnabas, & quidam alii inuenerunt ecclesiam in concilio Hiero solomytano: Et Christus iussit fratre peccante, & A. 15 non audiente correptores, is debeat dicere ecclesiae, Math. 18 non utique Mathematicae. frater Pauli per omnes ecclesias, sed non Mathematicas laudem habuit. Dauid Psal. 21. inquit, apud te laus mea in ecclesia magna: protestantes eam contrahunt nescio in quas angustias Germania: Quod si urgetur, ubi fuerit ecclesia ante 25. annos, ad paucissimos ignotos homunciones redigit ecclesia. August. Rectius August. probat latitudinem ecclesiae contra Donatistas. Non est ecclesia Luterana posita a Christo super candelabrum, ut ingredienti uideant? Non est ecclesia, ciuitas illa in monte posita, quae procul uideatur? in Synagoga erat prouisum, quo erat eundem in ambiguo, ad summum s. sacerdotem: Et in ecclesia omnia erunt tam recondita & occulta, ut nemo sciat, quo eundem sit ad Mathematicam ficticiam ecclesiam. Eph. 4.

Cum Paulus ait. Ipse dedit quosdam apostolos, alios Deut. 17. Euangelistas, alios pastores etc. ad aedificationem corporis Christi: Nonne illi fuerunt uisibiles: qui si conuenirent in concilio legitime congregato, quomodo

CONFVTATIO ECKII

non representarent ecclesiam? Quis enim euidentius potest conuinci non audisse ecclesiam, quam qui nõ au-  
dit generale concilium.

Ro. Eccles. Ecclesia Romana mansit semper firma secundum suo  
Li. 3. ca. 3. et cessionem episcoporum usque in hunc diem: Ex hac suo  
li. 4. ca. 63. cessione argumentatus est Ireneus ante M. CCC. ante  
epistol. 65. nos: Ex eadem successione Ap. se. argumentatur Au-  
gustinus: alia autem ecclesie apostolicæ cessarunt,  
ut Hierosolymitana, Alexandrina, Ephesina, Corin-  
thia &c. Romana mater Ecclesiarum conseruatur à  
DEO usq; ad tempus antichristi, ubi fugiet in soli-  
tudinem per tempus & tempora & dimidium tem-  
poris. Valeant ergo somniatores cum imaginariis &  
ficta eorum Ecclesia, solum ut decipiant & circumu-  
miant simplices.

2 Si donum hoc non est apud impiam multitudinem,  
hoc est concilium, Episcopos, Monachos, sed apud pios:  
quid si tota ecclesia illos quos uocas impios, agnoscit  
pro pijs, & à deo ordinatis? Dicis illud donum esse  
apud pios: & cum simus incerti, qui sint pii uel pec-  
catores: Deus enim est scrutator cordium: sic seque-  
retur omnia esse incerta & dubia in fide nostra, quod  
Apoc. 12. est blasphemum. Certum est, & negare non potestis,  
Dan. Pickardos & Parabaptistas externa cõuersatione ma-  
iorem præse ferre honestatem, quam Luteranum cle-  
rum, qui in otio, crapula, & luxu continuo uinicijs, no-  
glectis horis canonicis, diuinis officijs, ieiunijs, & simili-  
libus operibus DEO placentibus.

Tum demum noster Bucer uult credere ecclesie, 3  
 quando pronunciat secundum scripturas recte intel-  
 lectas: iam iterum facit omnia dubia & incerta:  
 cum oporteat primum reddere nos certos, quod eccle-  
 sia pronunciat, secundum uerum intellectum. Huius  
 pulchrum est exemplum de parabaptistis, ubi Zuing-  
 glius uicit Baldasarem? ubi Oecolampadius Denckiu?  
 Bernae & Argentinæ disputatis contra eos, quid ob-  
 tinuistis? nihil. Verum intellectum quaesiuistis in car-  
 ceribus, in tortura, in exilio, apud lictores in igne,  
 aqua, furca, gladio. Inquis: Contra Anabaptistas &  
 alios. Qui sunt hi alii? Zuingliani, Capharnaitæ,  
 Suermeri. Vbi autem habetis ecclesias uobis consenti-  
 entes Argentinæ, Constantiæ & Basileæ, & aliis ur-  
 bibus superius nominatis: in quibus non solum Missam  
 catholicorum, sed etiam Lutheranorum relegarunt. Vbi  
 Carlstadius Lutero consensit? Tum primo, quâdo nul-  
 libi audebat securus consistere præ timore foederis:  
 postea quàm gladium lictoris Rotenburgii euaserat,  
 fortis ille, sed obliuiosus disputator pro Lutero Lipsiæ  
 contra Eckium.

Si ecclesia errat in concilio generali: ubi ergo dabis 4  
 ecclesiam illam tuam, quæ triplici illa fungatur auto-  
 ritate: Semper contra quem pronunciat, excipiet:  
 quia iudices non sint pii, non iudicent secundum uerum  
 sensum scripturæ, & similia canillabitur, sicut uos  
 iam cum iniuria sanctissimis facitis conciliis.

De synodo Smyrnæ cœciliabulum fuit iussu Constan-  
 tii

CONFUTATIO ECKII

Historia  
Tripart.  
lib. 5.

tii hæretici congregatum ex Episcopis Arrianis, pulsatis catholicis episcopis, & aduersus sacratissimum concilium Nicenum: Ideo non mirum, quòd non obtinuit, sicut nec Arimini: nam nec assensu Ro. pontificis fuit collectum: & hæretici omnia uiolenter agebant, ne etiam Osium in exilium actum pro fide, reuocatum, quibus eis consentire respicit, plagis & tormentis affligerent. Sed quid hæreticorum conciliabulum, præiudicare poterit conciliis legitime congregatis?

Art. II. protestantium de eucharistia. & est materia art. 13. in libro.

Errata in fide in hoc scripto.

1. Corpus & sanguis cum pane & uino exhibentur sumentibus.

2. Non fit transsubstantiatio panis: sequimur multorum patrum firma & perspicua testimonia, citant Ireneum.

CONFUTATIO.

1. Licet hic recte diffiniat ueritatē corporis Christi cōtra ueteres & nouos Caphernaitas, quamuis forte præsentibus non oēs in hoc scripto cōsenserunt, sicut qui mordicus adhuc Zuinglii sententiā sequuntur: tamen quod Berengarii hæresim adhuc in parte amplectuntur, non sunt tollerabiles. Rectius multo habuit cōfessio Saxonica Augustæ oblata Casaræ Maiestati. Docetur, uerū corpus et sanguinē Christi ueraciter sub speciebus panis et uini in cœna esse præsentia: Non dixerūt, cū pane & uino: Et nec in latino posuerunt: sed postq̄ Schmalckhaldii in unū corpus Luterani &

Zuinglii

Zuingliani redacti sunt, ut complaceret Zuinglianis, addiderunt illam particulam, Cum pane & uino exhibentur: licet contra Luterum, qui reiecta præpositione Cum, concedit panem esse corpus Christi.

Quod ergo negant transsubstantiationem panis & uini cum Berengario, Vuiclef, & aliis hæreticis, pessime faciunt, contra determinationem uniuersalis concilii Lateran. sub Inno. III. quo nullum fuit generalius Lateranense à Christo passio: fuerunt enim in eo tres patriarchæ Ro concilium, à Constantino politanus, & Anthiochenus: inter fuerunt Mille & quadringenti Episcopi, tam orientalis, quàm occidentalis ecclesiæ.

Et panem & uinum transsubstantiari sancti patres apertissime testantur: & ordo literæ Euangelicæ liquido probat: Nam Christus accepit panem: & dixit, hoc est corpus meum. ecce panem, subinde, ecce corpus, quod non est factum sine mutatione, ut acute textum ponderat Alphonsus Zamoren.

Alphonsus

Porro hic sunt falsarii, adicientes de suo, cum panem est corpus Christi, quod neq; Matheus, Marcus, Lucas aut Paulus posuerunt: cum coram rudi plebe semper iactitent scripturas, & nihil sit docendum in ecclesia DEI, quod non habeatur in scripturis: cur ergo regulam eorum in præsentis loco non obseruant?

Patres sancti oēs fatentur transsubstantiationem, etiã Ambrosi. I. ante concilium Lateranense. Vt Ambrosius libro de mysteriis & Sacramentis, qui appellat mutationem & conuerfionem, Chrysostomus inmutationem, Augustinus August.

si-

CONFUTATIO ECKII

Gregor. similiter, Grego. Nissemus conuersione, Greg. mag. mag.  
 Greg. mag. uersionem, Theophylactus conuersionem, & transfor-  
 Theophyl. mationem, & transmutationem. Damascenus transmu-  
 Damasc. tationem, & conuersionem. Cyrillus quoque conuer-  
 Cyrillus. sionem appellat, hos sanctos patres partim in Homi-  
 liis de Sacramento Eucharistiae induco, partim in E-  
 chiridio titulo. 36.

Sequitur quam uana sit Buceri iactantia, sequimur  
 testimonia patrū firma: prodeat & nominet patres  
 nos contra expressa, patres, qui perspicue testantur  
 conuersionem, transmutationem panis: ipse nec unum  
 potis est nominare, neque ulla scriptura, quam iactat,  
 asserit substantiam uel naturam panis manere. Cur et  
 go Gigas mouet bellum ecclesiae, Lateranen. concilio,  
 patrib. allegatis, sine autoritate, sine ratione, nullius  
 sancti patris fulcitus testimonio.

Ireneus. Ironeum inutile allegat, ut incauto imponat lecto-  
 li. 4. ca. 32 ri, & uideatur eorum fauere sententiae, cum tamen ca-  
 tholicus ipse, omnino eis refragetur: ita enim ait: Chri-  
 stus eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias  
 egit, dicens, hoc est corpus meum. et calicem similiter,  
 qui est ex ea creatura, quae est secundum nos, suum san-  
 guinem confessus est, et noui testamenti nouam docuit  
 oblationem, quam ecclesia ab apostolis accipiens, in uni-  
 uerso mundo offert Deo: citat pro sacrificio Malachiam

Ireneus de primo capite: confirmat hoc denuo Ireneus de oblatione  
 oblatione in sequenti cap. 33. Repetit subinde de sacrificio cap.  
 e. 33. q. 43 34. Et de Eucharistia inquit: Quomodo autem eis

(hæreticis) constabit, eum panem, in quo gratiæ actæ sunt, corpus esse domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicunt. & infra. Quemadmodum qui est à terra panis, percipiens uocationem D E I, iam non cõmunis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus cõstans, terrena & cœlesti. Hic sanctus pater aperte testatur, panẽ terrenũ post uocationem hoc est consecrationem, non esse communem panem, sed Eucharistiam: quod autem ait, Eucharistiam duabus rebus constare, ad species panis & uini pertinet, & ad corpus & sanguinem C H R I S T I.

Idem lib. 5. cap. 1. Aduersus hæreses inquit: Quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit uerbum Dei (.i. Consecratur) fit Eucharistia sanguinis & corporis C H R I S T I, ex quibus augetur & consililit nostræ carnis substantia. Expende, panis & calix fit Eucharistia sanguinis & corporis: si fit corpus, ipse panis non manet.

Postremo quod Paulus Eucharistiam appellat panẽ, in disputatione Baden. diximus contra Oecolampadium, & in Homiliis, & in Enchiridio, ac in Apologia pro rege Angliæ, quod ob hoc nõ oporteat dicere, substantiam panis manere. 1. Sed quia fuit panis ante cõuersionẽ. 2. Propter species panis. 3. Quia Christus est panis uiuus. 4. Et corpus Christi dicitur panis. Hic. II.

De confessione scriptum protestantium  
pertinet ad articulum. 15. C.



CONFUTATIO ECKII

**P**lacet, quod retinere uolunt ministerium absolute  
tionis priuatæ, quia sit uox Euangelii, applicans  
remissionē peccatorum: sed demiror, cur Lutherus,  
Bucer, Hofander, & similes arietes à tot annis non  
sunt confessi: non usi euangelica uoce. Oblitus est Buc-  
cius, quod olim scripsit priuatam absolutionē nihil effi-  
cere, & Luderanos improbauit super Matheo c. 3. Et  
quod irrident catholicos de applicatione meriti Chri-  
sti, Missæ &c. cum iam eam quoque fateantur: Sed ab  
ecclesia recedunt.

- 1 Enumeratio delictorum nec mandata est iure diuino  
nec necessaria: quia sine ea peccata remittuntur con-  
tritis, & fide se sustentantibus: citant Prosperum.
- 2 Necessitas imponi non potest occulta recitandi, &  
ubique seducunt suos, quia confessio non sit necessaria.

Examen illius scripti.

Hæresis est Iacobitarum, Vualdensium, Vuiclef, Pi-  
kardorum, confessionem non esse necessariam: Ideo Sa-  
cro sancta Synodus Constantien. sessione octaua inter  
articulos Vuikleph damnauit etiam istum de confessi-  
one: Vnde lib. 2 de pœnitentia probauit confessionem  
esse iuris diuini & euangelici, quæ à temporibus apo-  
stolorū fuit usque ad nos in ecclesia dei. Porro magna  
impietas est dicere enumerationē peccatorum non esse  
necessariā, ut miseri homines sic maneāt captiui in uir-  
culis diaboli: quia futurum est sic, ut omnes maiora cri-  
mina, & de quibus plus erubescunt, reticebunt, & le-  
uiscula solum dicent: super quo ludet diabolus: quia

Eckius.

Enumera-  
re peccata  
in confessio-  
ne.

necessariā, ut miseri homines sic maneāt captiui in uir-  
culis diaboli: quia futurum est sic, ut omnes maiora cri-  
mina, & de quibus plus erubescunt, reticebunt, & le-  
uiscula solum dicent: super quo ludet diabolus: quia

eneruabitur vigor & uis confessionis: quomodo autem sacerdos absoluet eum à maioribus criminibus, quæ nescit: Sententia non debet proferri, nisi cum cognitione causæ. Quæ item clauæ utetur sacerdos, cum nescit an sit dignum ut soluatur uel retineatur: Imò nunquam utetur clauæ retentionis, quia nullus confitebitur retinenda, si cautus fuerit.

Et quid est quod a deo commēdant absolutionem tam utilem, salutarem, & sanctuosam: dum ubi maxime opus est non impendunt: & à ueritate coacti fatentur enumerationē delictorum utilem, excitantē ad pœnitentiā, & quod conspectui nostro subiiciat turpitudinem peccatorum, & magis nos admoneat de ira Dei.

In confessione Saxonica Augustæ oblata, plurimi faciunt absolutionē, quia sit uox Dei & mandatum Dei, & quantam consolationem afferat conscientis: sed huius consolationis nolunt eorum prædicatores esse participes. In eadem confessione assignant causam cur non omnia peccata sint enumeranda: At postea per responsa catholicorum edocti, friuolam esse hanc rationem, eam modo non adducunt, quia omnia sunt enumeranda, quæ non subterfugiunt cognitionem nostram, licet omnia peccata scire non possimus.

Omnia autem peccata enumeranda præter prædictas rationes probant alibi autoritate Tertulliani, Cypriani, Hylarii, Augustini, Ambrōsii, Gregorii, Hieronymi & aliorum: ad quæ nullus Lutheranus mihi in hunc diem respondit.

CONFVTATIO ECKII

Ad Prosperum, quem non uidi nisi de gratia & libero arbitrio: sed quantum ipsi adferunt, Prosper testatur se loqui de peccatis, quæ humanam noticiam latent: de illis sufficit illud Psalmi: Ab occultis mentis  
 Prosper ad munda me domine. Sed hic adferunt enssem Aiacis, quia  
 uersatur Lu Prosper affirmat, temporalibus poenis æterna mutari  
 teranis. supplicia, quod aduersarij negat. Prosper hic affirmat  
 satisfactiones. Quod ipsi iudices fiant & ueluti sua  
 iniquitatis ultores, in se uoluntariam poenam exercent,  
 & lachrymis ex uera cordis contritione fluentibus, restinguent æterni ignis incendia. Ludderani contra  
 solam fidem dicunt sufficere, & per eam satisfieri. Vellem tamen  
 Prosperum in fonte uidere: quia nõ esset nouum Mucero illi corrupte & false allegare auctorem.

2 Occulta peccata etiam confitenda ratio dicitur, quia  
 Origenes. egent clauæ soluente: Vnum Originem adducam. Etenim  
 omni genere pronuntianda sunt, & in publicum proferenda  
 cuncta quæ egerimus: si quid in occultis cogitauerimus,  
 si quid in sermone solo, uel etiam intra secreti cogitationum  
 commisimus etc. Magnus astus diaboli, quia eorum prædicatores  
 quærunt placere populo, & consunt puluillos sub cubitis  
 peccatorum, ut ait Ezech. 3 2. Ezechiel. Et quia impudens  
 esset mendacium, negant confessionem, contra Euangelium  
 (licet ab initio reperi sint, qui eam totam reiecerent.)  
 Ideo ut conciliarent sibi plebem, commenti sunt, ut indulgerent  
 eis, confiterentur ea dumtaxat quæ uellent. At pergamus ad alia.

De satisfactione protestantes  
eodem articulo. D.

## ERRATA.

- S**atisfactiones canonicæ quondam institutæ sunt 1.  
 ab episcopis exempli causa, aut propter disciplinâ.  
 Paulatim creuerunt hæc pœnæ accedente errore, 2.  
 quod mererentur remissionem peccatorum.  
 Necessè est extare in ecclesiâ doctrinam de gratui- 3.  
 ta remissione peccatorum, non per opera.  
 Opera instituta sine mandato DEI, non sunt cultus 4.  
 Dei. Frustra me colunt mandatis hominum: huiusmo-  
 di est satisfactio.  
 Deus etiam electos punit, nõ ergo satisfactio ad pec 5.  
 catores pertinet: Et multa delicta conuersorum puni-  
 untur peculiaribus pœnis.  
 Vtilius esset populo inculcari doctrinam de ira DEI 6.  
 erumnis ecclesiæ &c. quàm proponere spectacula sa-  
 tisfactionum, quæ obscurant doctrinam de gratia &  
 ueris cultibus.  
 Per bona opera mitigantur calamitates communes 7.  
 ecclesiæ, & per pœnitentiam.  
 Famosos peccatores castigari ab ecclesiâ Episcopi per 8.  
 mittunt exempli, uel disciplinæ causa, ut anabaptistas  
 & homicidas: Id tamen non fiat secundum ueteres ritus  
 pœnitentiæ, quorum aliqui sunt pleni periculi ut  
 de adultero.  
 Magistratus docendi sunt, ut manifesta delicta puo 9.  
 niant: quòd plus prodesset, quàm canonicæ satisfactio

## CONFUTATIO ECKII

nes: Nec sine periculo miscentur ministerium Euangeliū, & officia politicæ potestatis.

Examen illius scripti.

1. **C**anones pœnitentiales in publicis criminibus et  
Can. 8. & **C**solemni pœnitentia usitatos in exemplū, ut alii  
ii. Concilio **C**cauerēt ab huiusmodi peccatis non negamus: et  
Cartag. **C**usus præcipuus canonum fuit, ut sacerdos nosset im-  
tertio. c. 31 **C**ponere emendam confitenti, ut in Concilio sacratiss-  
mo Niceno sancitum est: Constituti sunt ergo cano-  
nes pœnitentiales, non modo in exemplum, sed etiā in  
satisfactionem, & principalius quidem: hoc passim est  
uidere in conciliis, tamen bonam horum partem colle-  
git Gratianus de pœnitentia. Quia & Isidorus, &  
Theodorus, & Bonifacius Germanis scripserunt cano-  
nes pœnitentiales, qui tamē semper fuerūt mitiores  
cum decrescētē charitate populus minus & minus fer-  
ret austeritatē pœnitentiæ, ut iam Lutherani eam totali-  
ter sustulerint in eorū ecclesiis: nec mirū, quia & alii  
extinxerūt sacramtēa, cum eorū antesignanus Luther  
aliquādo ponat solū tria sacramtēa, aliquādo solū duo.

Porro canones pœnitentiarios fuisse ante Conci-  
lium Nicenum contra Lutherū patet ex canonibus Ori-  
gorii Neocæsariensis Episcopi auditoris Origenis & Pe-  
tri Alexandrini Martyris.
2. Iniuriā facit patribus & falsum assumit: Non enim  
creuerunt sed decreuerunt satisfactiones, & austeri-  
tas canonum: Seipsos autem non intelligunt: nam cum  
canones pœnitentiarii disponant de satisfactione, &

ita de remissione pœnæ: illi recurrunt ad remissionem peccatorum, quod fit per sacerdotis absolutionem & Sacramentum pœnitentiæ.

Quis negat remissionem peccatorum ex gratia & 3 gratuitam, eat ad Pelagianos: non enim erit filius ecclesiæ catholicæ: at quod Deus per gratiam cõdonans & satisfaciens peccata, non exigat opera, ut homines faciant dignos fructus pœnitentiæ, sacræ scripturæ, & spiritui sancto est contrarium.

Huic posset opponi. Virginitas non est mandata à 4 Deo: & tamen consecrata Deo placet Deo, & est cultus gratissimus Christo castitatis amator. 1. Cor. 7. 1. Cor. 7. & Isa. 56 Similiter paupertas Euangelica, & deo seruire in illa. Vade et uende omnia quæ habes. Similiter falsum est, quod satisfactio non habeat mandatum Dei: nam satisfactio cõsistit præcipue in illis tribus, scilicet oratione, ieiunio et elemosyna: alia enim opera satisfactoria reducuntur ad illa: ut docent Theologi dis. 15. quarti, & Gratianus de pœni. dis. 6. 5. 1. Vnde Bucerus repugnat spiritui sancto, orare pro remissione peccatorum non sit satisfacere, Bernæ.

Fatemur catholici DEVM punire uel permittere 5 ut puniantur sancti & electi, ut uult Gregor. uel ob peccata eorum ut David, uel ad probandam eorum patientiam, ut Iob & Tobiam, uel ad custodiam gratiæ, ut stimulus carnis Pauli, quod crepuit oculus Brigittæ, uel ad augmentum meriti, ut Abel. S. Laurentius, uel aliis in exemplum. At sophisma est cum inferunt

CONFYTATIO ECKII

ergo satisfactiones poenitentiariæ sunt frustra: cum

1. Cor. II. Paulus dicat: Si nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur à domino.

Sic quod DEVS aliquando punit peccatum: quid hoc negat? Vidimus in Adam peccatore, & nos hodie sentimus: Non est intetio sacerdotis, ut per satisfactionem iniunctâ uelit impedire flagella DEI: sed est bona spes, nobis emendatis cessare flagella DEI: Si poenitentia egerit gens à malo suo, agâ et ego poenitentia

Hie. 18. super malo, quod cogitavi ut facerem. Sicut de Nini-  
3. Reg. 21. uitis scriptura testatur, de Achab humiliato, et alii.

6. Vel stultus est Bucer uel insigniter malus, cum docere uult Catholicos doctrinam de ira DEI: nisi enim timerent deum, quem satisfaciendo placare humiliter proponunt, non se committerent arbitrio sacerdotum in satisfactione: Eat potius et domi prædicet suis temerarius, & præsumptuosus, qui nihil curant iram DEI:

Error, culpa & poenitentia simul remitti. STVM remittitur. Quomodo ergo homines isti timebunt iram DEI, cum Luterus ipse conqueratur homines fieri præsumptuosos ex huiusmodi doctrinis & carnaliter securos, ut latius explicabimus respondendo Groperi supplicationem.

Satisfactio Quam uere dixit Hiero. Hæretici irridet simplicitates non spe tem ecclesiæ, sicut hic friuolè Mucor satisfactiones & acula. ecclesiasticas appellat theatri modo spectacula: sed

uade retro Sathana, quia non sapi ea quæ DEI sunt, sed quæ hominum. Sancta ecclesia ueneratur huiusmodi religiosa spectacula in Iohanne Baptista, qui uaria satisfactionis genera ad se uenientibus proposuit: & sic tota obseruauit ecclesia à CHRISTO passor: Et tamen nihil uolunt recipere, nisi in scripturis expressum: ubi tamen scripta negat pœnitentibus imponendas satisfactiones: nam quod argutantur ex quibusdam locis, per capillos huc tractis, & corrupte interpretatis, mera sunt sophismata & præstigia, quia non solum praxis & consuetudo ecclesiæ est pro nobis, sed & scriptura tota ueteris & noui testamenti, ut luculenter lib. 3. de pœnitentia deduco, & minime obscurent doctrinam de gratis, sed augent cultum DEI: cum desides, pigri & acædiosi Luterani, nec tantillum impendant cultui diuino: Cautent ne media nocte surgant & confiteantur domino, quod tot catholici utriusque sexus in ecclesia catholica faciunt.

Si per bona opera piorum & pœnitentiam mitigantur communes calamitates Christianitatis, cur Neo-christiani omittunt letanias, publicas supplicationes, na placant processiones cum uexillis crucis, missas contra Turcas, iram dei pro fructibus terræ, pro serenitate aëris, cōtra pestē: omittunt etiam publica illa ieiunia & dies rogationum &c. At succurrit memoriæ, quod hoc habent in mandatis à magistro sectæ Lutero, quia non debemus inuocare DEVM uel sanctos pro bonis temporalibus:



## CONFUTATIO ECKII

**Eckius.** Sed ego euidenter probaui contrarium in Homiliis de S. Sebastiano. Non ergo obstante, quod per opera piorum mitigantur communes calamitates: tamen stat firmiter & inconcussa sententia ueritatis, ut quilibet peccator impleat satisfactionem sibi peculiariter iniunctam.

8. Quod iactant de poenitentia Anabaptistarum, hoc faciunt ex inuidia: quia in plerisque articulis, Baldassar scribente, Parabaptista sunt meliores Luderanis: de homicidis, plus faciunt ex hypothesi, cum homicidis nullam iniungant satisfactionem. De adultero cui canones imponant in satisfactionem, ut per longum tempus interdicator ei consuetudo uxoris. Si uerum proferunt, tunc intelligendi essent canones, ut interdiceretur marito, ne peteret debitum, sed reddere non prohiberetur: alioquin illa esset poena probae mulieris, non infidelis mariti. At quia canon 22. Concilii Arelatensis sic disponit: Poenitentiam coniugatis, non nisi ex consensu dandam. Vereor ne Bucer, ut est familiare huius farinae hominibus corrupte alleget & falso: ego non meminisse me legisse. in concilio Ancirano (quod est antiquius Niceno) imponitur adultero poenitentia solennis: sed consuetudo uxoris ei non interdicitur.

9. Nemo ex catholicis aliter docuit, quam quod magister stratus utatur iure suo, puniat delinquentes, non enim sine causa portat gladium.

**Satisfactio.** **C**onclusio de satisfactione. Constat ergo ex scripturis, conciliis, & patribus satisfactionem esse tertiam partem poenitentiae  
qua

quæ redimuntur peccata, elemosynis, ieiuniis, & oratione: nam illud redimere peccata, est satisfacere: Sic Cyprianus increpat Nouatianos, quod satisfactionem subtrahant pœnitentiæ. Aduersarii autem seducunt populum, docentes pœnam simul remitti cum culpa: me Psal. 50 laus David timens Deum clamat: Et peccatum meum contra me est semper. Ideo pro sententia uera ecclesiæ induxi li. 3. De pœnitentia, Cyprianum, Tertullianum, Ambrosium, Augustinum, Leonem, cum aliis, adduxi scripturas. De propiciato peccato noli esse sine metu. Ecclesia. 8. Fili peccasti, non adicias iterum, sed & de pristinis Eccle. 22 deprecare, ut tibi dimittantur: Vbiq; in conciliis agitur de satisfactionibus. Itaq; contra claras scripturas, concilia, patres, contra totam ecclesiam aduersarii reuiciunt satisfactionem, sine uerbo Dei, sine scripturis, sine patribus, sine ratione, solis ludunt cauillis & Sophismatibus: qui alioquin tam insolenter iactant uerbum domini, ac si sint pleni scripturarum, hoc loco sicut in multis aliis, sicut famelici & mendici, nihil exhibent, nec possunt exhibere, scripturarum.

De unitate ecclesiæ & ministris scriptum protestantium. Art. 19. E.

ERRATA SCRIPTI.

- E** Vangelium propagatum per patres, prophetas, 1.
- per Christum, per apostolos. 10337
- Volut Christus uocari pastores fungentes officio docendi. 2.
- Ad tollenda schismata accessit utilis ordinatio, ut esset 3.

## CONFUTATIO ECKII

aliquis episcopus alius archiepiscopus, & supra hos patriarchæ Romanus, Antiochenus & Alexandrinus.

4. Pontificibus & Episcopis qui aduersantur piæ doctrinæ, auctoritatem tribuere non possumus.
5. Potestas episcoporum est ut condant traditiones, ut de certis ferus, ut sciat populus, quo tempore conueniendum sit: sed hæ traditiones non putentur esse cultus, id est, merita & bona opera.

### EXAMEN.

1. **E**N Anaxagoreos Theologos, qui omnia miscerent & confundunt in unum Chaos, nouum testamentum confundentes cum ueteri, apostolos et euangelistas cum prophetis & patriarchis: cum Christi u

Luc. 10.

prætulerit apostolos: Quatuor habemus euangelia, quomodo in numerum uenient prophætæ: Ezechiel uidit quatuor animalia oculata & alata, uidit Iohannes in apocalipsi: quæ significat quatuor euangelistas: Nouum testamentum solum, gaudet honore euangelii, solum

Math. 9.

**C**H R I S T V S attulit, scripserunt Mathæus, Marcus & c. Solum enim euangelium prædicat regnum cælorum: Ideo confundere cum lege & prophetis est magna peruersitas, quia uinum nouum euangelicum mittant in utres ueteres contra prohibitionem Christi. Hinc

Is. 41.

Hiero. August. Ambrosius, Chrysostomus & alii sancti comparauit legem ad euangelium, & quomodo euangelium excellat, manifeste testantur, quia est plaustrum nouum in monte trituranis: breuitati studens omitto quomodo Hiero. explanat quatuor euangelistas esse

quæ

quadrigā domini, annulos arcæ, quatuor paradisi flumina, quatuor fabros, quatuor mensas, cum similibus.

Perpetuo impingunt Luderam, quod pascere sit do-  
 cere: quasi pastor non habeat alia quoq; officia: Vnde  
 melius exponerent, pascere, hoc est regere, ut de pri-  
 matu Petri contra Luderum & Zuinglium probo, &  
 euincitur ex Paulo, quia alios dedit apostolos, alios Eph. 4.  
 euangelistas, alios pastores & doctores &c. Et in  
 præsentia non est opus uerbis: quia mox explicant of-  
 ficiū pastoris, ut non solum doceant euangelium, &  
 administrent Sacramenta, sed etiam ut palam contu-  
 maces in ecclesia puniant excommunicatione, uideli-  
 cet eos, qui uel contra sanam doctrinam prauas opi-  
 niones serunt, aut malos mores emendare nolunt: de-  
 betur enim iure diuino obedientia pastoribus.

Ex quo infero contra Bucerum & alios disputatores  
 Bernen. male eos negasse potestatem ecclesiasticā, etiā  
 in apostolis, quibus nullum uolebant permittere regi-  
 men, sed nudum ministerium: Contrarium hic permit-  
 titur, stultus Bucer supremum officium apostolorum  
 dicit fuisse docere. fol. 12. Bernæ, Alterum est cum pa-  
 stores possunt excommunicare serentes prauas opinio-  
 nes. Non mirum ergo quod Leo papa. x. fe. re. excom-  
 municauit Luderum, Carlstadium, & alios: Et hodie  
 pontifex Bucerum cum asseclis excommunicare debe-  
 ret, sicut singulis annis excōm. nicat in cœna domini.  
 Tertio quia fatetur iure diuino præstandam obedi-  
 entiam superiori etiam ecclesiastico: Ideo toto cœlo

errauit Luther tribuens hoc solum iuri humano potestatiuo, & Bucer tam acerbe proscidit omnem potestatem ecclesiasticam in eadem dissipatione Bernen.

3. Recte fatemini hic gradus dignitatis ecclesiasticæ differentes: sed cur patriarcha uester Luder dixit illas esse fictiones, quia in ecclesia Christi non sint huiusmodi gradus: sed isti sunt membra diaboli.

4. Etiam Episcopis aduersantibus piæ doctrinæ nullam tribuant auctoritatem, benefaciunt: sed iudicant ne corrupto iudicio Episcopos damnantes eorum hæreses, dicant aduersari piæ doctrinæ: nam hoc omnes

**Hæretici** hæretici fecerunt, dum prælati ecclesiarum reprimere nō patiu- uolebant impia dogmata, conquerebantur hæretici, tur iudicia episcopos sanam doctrinam improbare: quod fecerunt episcoporum. Nouatus, Arrius, Eutyces, Nestorius, Donatus, Pelagius, Vuklef, Huis, & modo Luter cum suis astipulatoribus, qui non ueretur sacris conciliis iniuriari, quia sanæ doctrinæ aduersentur. Sic ergo paucorum iudicium Bucer cum suis adhærentibus, superabit iudicium Patriarcharum, & 1400 Episcoporum in Concilio Lateranen. Preponderabit iudicio omnium Theologorum in Parrhisen. laudatissima Achademiæ à 400. annis & citra. Vah quanta temeritas.

5. Præsides ecclesiæ possesancire constitutiones, catholici nunquam negauimus: hoc enim pertinet ad potestatem regiminis: licet Luter sepe negauerit, quia nō possint constituere unum iota super homine Christiano. Hic etsi Bucer uideatur mitior, tamen nihil cōfert ueri

veritati fidei. 1. Tribuit præpositis, ut statuunt de fe- Festi dies  
 riis. hoc recte: sed appendix, ut sciat populus quando cur insti-  
 conueniendum sit: hoc est Vickleficium: quia feræ tuti.  
 sunt institutæ ad honorem dei, sicut deus præcepit: Ideo recte  
 Sabbathum sanctifices, & ut sanctorum memoriæ ce- confutauit  
 lebrentur. 2. Statuit in illis constitutionibus non esse eum super  
 cultum DEI, nec homines mereri, aut esse bona ope- disputatiõe  
 ra: At illa non constant cum superioribus: iam dixerat Bern. fo. 77  
 obedientiam de iure diuino: si quis ergo obedit superio & 78. at  
 ri, quia est ordinatus à Deo & constitutus à Deo, piske magis  
 cui ordinationi ipse uult parere: cur hoc non placet mutus nihil  
 Deo, uictimis colitur DEVS, melior est obedientia respondit  
 quàm uictima. Porro quod ait, nõ mereri subditos per Ro. 13.  
 huiusmodi obedientiam, est omnino falsum & irritio 1. Reg. 15  
 nabile, quia inobedientes peccant, cum obedientia sit  
 de iure diuino: & omnis præuaticatio & inobedientia  
 accipiet iustam mercedis retributionem. Cur ergo per  
 obedientiam non mererentur, & facerent bona opera: Hebr. 2  
 Cum Paulus commendat Romanos: Obedientia uestra Ro. 16.  
 ubique diuulgata est. Ita hortatur Petrus castifican-  
 tes animas uestras in obedientia charitatis: Nam di-  
 cere contrarium, esset facere ex Deo clementissimo  
 tyrannum: Nam facta constitutione, si subditus non  
 obedit, peccat: Si obedit, nihil lucratur. Cum tamen  
 Deus sit promior ad miserendum, quàm a puniendum:  
 at de hoc alibi plura.

In hoc tamen scripto cauerunt dolose, ne Romani  
 pontificis agnoscerent primatum, tanquam supremi  
 Chri-

CONFUTATIO ECKII

CHRISTI in terris uicarii: Nec Romanam ecclesiam uere apostolicam, suspiciunt omnium ecclesiarum matrem, & caput: quæ uniuersalem totius Christianitatis curam gerat, aliis Episcopis in partem sollicitudinis uocatis, Papa plenitudinem habet potestatis: hoc egi tribus libris de primatu Petri contra Luterum.

De Sanctis scriptum eorum  
ad Artic. 20. F.

ERRATA.

1. Sancti mortui non sunt inuocandi, ut propter sanctorum merita iuuemur.
2. Nec possunt directe inuocari: Ora pro me Sancte Petre, quia est unus mediator: cum nullus cultus dei sit in ecclesia, qui non sit approbatus uerbo DEI.
3. Directa inuocatio absentis tribuit ei omnipotentiæ: quia audire uota cordium est solius DEI.
4. Quia mediatoris Christi officium obscuratur cultus sanctorum. Ideo reprobamus.

Examen confutatorium.

- Hæresis Vigilantii.
1. Sanctos qui ex hac uita decesserunt non esse inuocandos est damnata hæresis Vigilantii, ut Hieron. testatur: Ante Hieronymum ob errorem illum fuit damnatus Eustachius in concilio Gangren. suscitauerunt hanc hæresim Paterini, pauperes de Lugduno, Pickardi, & alii: sed semper ab ecclesia damnati: & aduersarii non respondent ad inuictas rationes Hieronimi: unde recte noui Vigilantiani sunt à catholicis appellati.

Cum Oecolampadius in disputatione Baden. (quia 2. prius prorsus etiam intercessionem negarunt) & aduersarii Augustæ admiserunt, & Melancton in apologia, & angelos & sanctos honorandos esse, & orare pro nobis, hoc uoluit Hieronymus: sed negant sanctos propterea inuocandos: profecto ignoro an maior sit illorum inscitia uel malicia. Nam non improbant, si unus peccator scribit alteri: Ora pro me, uel commendando me orationibus tuis: quod est frequens apud uiros bonos huius uitæ: cur ergo non possem me commendare orationibus uiri beati multo certius: scribit B. Paulus Coless. & aliis, ut orent pro eo: fideles autem orantes pro alio nouerunt per Christum esse orandū ex regula fidei. Ad hæc possunt ne stulto persuadere hoc esse malum: cū fateantur sanctos orare pro nobis, ut dicamus eis, facite quod facitis, id est orate pro nobis, qui oratis pro nobis.

Errant porro, quod arbitrantur cultum hunc sanctorum fuisse introductum in Ecclesia sine uerbo spiritus, qui regit ecclesiam, & docet eam omnem ueritatem: Sic docuit Iob, & amicos eius, sic fecit Angelus Zachariæ, Baruch, Onias, Hieremias, & principes doctorum religionis nostræ, Dionysius, Cyprianus, Leo, Augustinus, Paulinus, Chrysostr. Gregor. Bern. & omnes qui in ecclesia à M. CCC. annis fuerunt: quomodo saluator noster Christus reliquisset ecclesiam tot annis, qui uix lxx. annis reliquit synagogam in captiuitate Babylonica. Locos citatos fidelis Lector inueniet

Ioh. 16.  
Iob. 5.  
Zach. 1.  
Baruch. 3.  
2. Math. 18



CONFVTATIO ECKII

niet in Enchiridio nostro.

1. Tim. 2. Paulum euocant, unus est mediator dei & hominum: sed quæro, an intelligant de mediatore intercessionis: tunc sequeretur unum uiatorem non intercedere pro alio, quod ipsi negant, & coguntur negare propter expressas scripturas: Si uero nolunt Paulum loqui de mediatore intercessionis: tunc textus ille nihil facit contra intercessionem sanctorum: & hæc est rei ueritas, quia loquitur de mediatore redemptionis.

3. V uicel. Ista est inanis ratio & cauillus sophisticus Melanctonis, quo persuasit uni principi, ut conqueritur Vauicelius: At mediocriter doctus mox sentit, ubi impingit: quia noscere secreta cordium ex natura sua est solius creatoris: at sancti nõ per naturam norunt preces nostras, sed uel per reuelationem angelorum, aut uident in uerbo, & in speculo essentia diuinæ, ut Gregor. ait.

Gregor. Quid non uident, uidentes uidentem omnia.

Sulpitius Videns enim uerbum, uidet omnia quæ in uerbo sunt.

4. Reg. 5. S. Martinus cognouit procul irrisiones Bricii, & Heliæ uerba & facta Giezi serui sui.

4. Minime obscuratur gloria Christi, sed magis illustratur: cum tanta sit eius bonitas & clemetia, quod etiam sanctos, seruos suos tãto dignatur honore, et per illos uult exaudire, & certe mirabilem se ostendit in sanctis suis, in quibus etiam uult laudari: Sicut enim gloria deitatis non obscuratur per inuocationem animæ Christi, quæ est creatura: Ita nec gloria Christi obscuratur per inuocationem sanctorum.

Psal. 150. Etis suis, in quibus etiam uult laudari: Sicut enim gloria deitatis non obscuratur per inuocationem animæ Christi, quæ est creatura: Ita nec gloria Christi obscuratur per inuocationem sanctorum.

Nec aduersarii habent unum apicem ex scripturis, quod sancti non sint inuocandi: sed propria temeritate catholicæ rebelles sunt ecclesiæ, hostes sanctorum, cineres Vigilantii excitât, & Pickardos confortant.

De missa protestantes. eo. art. 5. 3. G

Lapsus aduersariorum.

**S**ymens corpus et sanguinem Christi applicat sibi 1.  
fide beneficia parta per mortem Christi.

Cum tria sint in missa, coena domini, recor- 2.  
datio, & preces seu gratiarum actio, sancti patres totam hanc actionem uocarunt sacrificium: preces sunt sacrificia laudis, & oblatio seu coena non applicatur pro aliis in remissione peccatorum: sed quia fide accipimus promissam reconciliationem, erigimur per fidem contra terrores peccati & mortis: citant Cyprianum.

Non sentimus fieri applicationem pro aliis, uiuis & 3.  
mortuis: nam quisq; fide sibi applicat beneficia Christi, non propter meritum alterius hominis.

Sacramentum est institutû pro uiuis, quomodo ergo 4.  
applicatur mortuis? Vnde dolendum est, templa magis esse occupata cultibus pro mortuis, quam ministerio pro uiuentibus.

E X A M E N.

**I**n missa Eucharistiam offerri pro uiuis et mortuis, Sacrificium ostendi tribus libris: quibus in hunc diem aduersa- missa. 11.  
rii non responderunt: Nam tota hoc semper obseruauit ecclesia, & oës sancti patres docuerunt, Dionysius,

CONFUTATIO ECKHARDI

Irenens, Ignatius, Tertullianus, Ambr. Hieron. Augustinus, Leo, Basilius, Chrysoft. Theophilactus, tot sancti pontifices Romani, ecclesia martyrum, sacerdotum

**Malach. 1.** concilia Hoc iuge & quottidianum sacrificium missa  
 præuidit Malachias in spiritu, cap. 1. & 3. ut explicat August. lib. 10. de ciui. dei, c. 6. & Psal. 39. & epistola 69. Ad Paulinum. Et ante Augustinum sic intellexit prophetam S. Irenæus. lib. 4. c. 32. Præuidit Daniel c. 1. 2. cum aliis per me adductis. Quis autem non citius credet tot patribus, conciliis, & toti ecclesiæ scripturis, quàm cauillis neochristianorum, sed uolunt ut nugæ eorum & sophismata audiantur.

1. Cum dicunt Sumens & c. Si credunt in sumptione esse oblationem, sunt in magno errore, nec dum sciunt quando ecclesia offert Christum: nam dum sacerdos sumit, est communio, non oblatio. Extraneè etiam loquuntur sumentem sibi applicare beneficia Christi, Christus applicat, licet etiam ministro suo sacerdote applicante sola uoluntate, Christus ratum & gratum habet in effectu.

2. Solent schismatici ubique studere nouitatibus, cum nemo ex catholicis antiquis aut recentioribus missam

**Partes mis** sic diuidat, ut aduersarij hic faciunt: Nam aliqui diuidunt missam in tres patres. 1. Est præparatio populi

**se.** & materiæ consecrandæ. 2. Est eucharistiæ consecratio & oblatio. 3. Est eucharistiæ communio & totius mysterij conclusio. Albertus de officio missæ facit tres partes. Instructionem, oblationem & communionem.

Alii

Alii faciunt. 4. partes: prima durat usque ad offertorium inclusive. 2. usque ad Canonem maiorem exclusive. 3. Usque ad communionem. 4. Usque ad finem: ut hoc late prosequatur Ales in summa, Thomas, & alii. Gabriel in expositione canonis missæ, & Clitopheus, Innocentius, Vuilhelmus, in rationali diuinorum, Tui cen. antiquus Abbas Augiæ Berno.

Berno.

Adhæc nouatores isti non commode diuidunt, & ineptius explicant: nam primo missa non est recordatio coenæ dominicæ, in quo sæpe fallitur Luter, ut erudite redarguit eum Hier. Emser fel. memo. De præ Emser. cibus rectius Augustinus de conse. dist. 2. Vtrum Aug. in uerbis CHRISTI sacrificia conficiuntur: reliqua omnia quæ sacerdos dicit, aut chorus cleri canit, nihil aliud sunt, quàm gratiarum actiones, aut certe obsecrationes & fidelium preces.

Quum citant Cyprianum est admirandum, cū non Cyprianus nesciant sanctum martyrem toties testari sacrificium missæ, in epistola ad Ceciliam: Sacerdos sacrificium uerum & plenum tunc offert in ecclesia DE O patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum uideat obtulisse. Et infra. Calix qui in eius commemo Aug. rationem offertur mixtus uino offeratur, renarrat cap. 21. August. lib. 4. De doctrina Christiana.

Et ad Cornelium papam cum Synodo scribit. Quia sacerdotes sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias deo & uictimas præparemus: Id facit in multis aliis locis. Desinite ergo tam sanctum & antiquum patrem

CONFUTATIO ECKM.

contra sacrificium proferre: Licet Deo permittentur  
ubi reliquæ eius adferuantur, nulla profus fiant ec-  
clesiastica sacrificia.

3. Perperam & hoc sentiunt, non posse fieri applica-  
tionem pro aliis siue uiuis siue mortuis eorum qua  
catur aliis. sunt in missa: nam titius contrarium docuit Sanctus

1. Tim. 2. Paulus: Obsecro primo enim fieri obsecrationes, orationes,  
postulationes, gratiarum actiones, pro omni-  
bus hominibus; pro regibus, & pro omnibus qui in  
sublimi potestate sunt constituti, ut tranquillam  
& quietam uitam agamus &c. Hoc enim bonum

Aug. est & acceptum coram DEO. Quibus uerbis Paulus  
teste Augustino ad Paulinum, glo. ord. Haimon  
& alius, dedit formam orandi & applicandi missam  
pro aliis, sicut hodie utitur sancta ecclesia in officio  
missæ, cum dicit: In primis offerimus pro papa nostro  
& Imp. nostro Carolo & Rege uostro, & omnibus

Aug. orthodoxis: Testatur hoc etiam Augustinus ad pri-  
Tertull. in cipin, cum ait: Et quem pro uobis in sacrosanctis mysteriis  
apol. c. 30. rius semper inuocauimus: Testatur Tertullianus, qui ad

31. te M. CCCC. ferme annos in ecclesia martyrum floruit,  
Ambro. nominatim citans hunc locum Pauli. Et ambro-  
sius super illo loco ait: Hæc regula ecclesiastica est tri-  
dita à magistro gentium, qua utuntur sacerdotes no-  
stri, ut pro omnibus supplicent, deprecantes pro regi-  
bus huius seculi.

Cypria. Cyprianus quoque & ipse in ecclesia martyrum, an-  
te M. CCCC. annos hoc clare testatur in epistola ad  
Eg

Felicem presbyterum, in ordinationibus sacerdotum, immaculatos eligere debemus, qui digne & sancte sacrificia offerentes Deo, audiri in precibus possunt, quas faciunt pro plebis dominica incolumitate: in epistola quoque ad plebem Furnis, prohibet oblationem pro eo fieri, qui elegit sacerdotem tutorem.

Et profecto magna est impudentia aduersariorum, quod non erubescunt negare applicationem Missae, quae semper fuit & erit in ecclesia Dei usque ad consummationem saeculi. (Iuniores Gregor. Bedam, Bern. Hugones non adduco, quos constat ecclesiastica subscribere sententia) Existimo surdos & caecos esse aduersarios, non uidentes apostolum docentem applicationem pro aliis; Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro seipso offerre pro peccatis. Potuit ne clarius affirmare applicationem sacrificii pro alio, uis illud electum? Ita in Leuitico pluribus locis iubet dominus sacerdotem offerre pro populo, & rogare pro eo, & tota scriptura est plena.

Obiceret aliquis Coryceus sectae illius: Inducta faciunt mentionem de uiuis: uos autem in uestris Missis manum extenditis etiam ad mortuos. Respondeo, non deesse nobis etiam testimonia de mortuis: nam ita scribit Tertullianus de Monogamia de uidua. Enimvero pro anima eius orat, & refrigerium intimat, postulat enim & in prima resurrectione consortium, & offert

CONFVTATIO ECKII.

annuis diebus dormitionis eius: ecce ante .M. CCC.

Tertull. LXXX. Annos anniuersaria peracta pro mortuis. Au-

Aug. gustinus pro matre mortua curauit sacrificium missae offerri, ubi etiam orat omnes lectores, ut meminerint

5. Gallus matris suae ad altare DEI. S. Gallus dixit Magnos diacono: Post huius noctis uigilias patrem meum Columbanum ad caelos migrasse cognoui, pro eius requie, salutis hostiam deo offerre.

4. Verum est Eucharistiam, ut Sacramentum, pro uiuis in-

2. Cor. 5 stitutam: sed in missa tractatur non modo ut Sacramen-

Ro. 14. tum, sed etiam ut sacrificium. Christus autem in cruce

obtulit se in sacrificium pro uiuis & mortuis a postolo

teste, & pro omnibus mortuus est Christus, & ad Ro.

ait: In hoc Christus mortuus est, ut uiuorum & mor-

tuorum dominaretur: cur ergo sacrificium ecclesia non

2. Mach. 12 applicaret pro uiuis & mortuis, Si Iudas Machabeus

Aug. obtulit sacrificium legale pro mortuis. Et Augustinus

toto libro de cura pro mortuis agenda, & omnibus op-

ponit auctoritatem ecclesiae, quae tunc non steterat. D.

annis, quanto fortius nos Lutherani obuiamur aucto-

ritatem ecclesiae, quae M. D. stetit iam annis. Roboratur

Ambr. Ambr. de obitu Valentiniani, rationem septimi &

tricesimi explicans: Imò in concilio Cabalionen. san-

Cabilio. citum est, in omnibus missis pro defunctis esse oran-

dum: Ideo non mirum, si templa sint occupata suffragi-

is mortuorum: in quibus tamen semper ministerium

accedit pro uiuis.

De priuata missa eo. art. 20. §. 4. H

**C**onsuetudo uetus fuit, & canones sanxerunt, **1**  
frequentem fieri communionem: optandum esset  
hunc morem non esse mutatum.

Ibi adhuc erant ignoti abusus missæ applicandæ pro **2**  
aliis uiuis & mortuis.

Opinio obrepfit, quod sacerdos offerat pro Ecclesiâ, **3**  
increatur sibi & aliis.

Imaginatio accessit, singulas missas plus ualere pro **4**  
singulis, quàm unam pro multis.

Hos horrendos abusus peperit mutatio apostolicæ **5**  
consuetudinis, qua in missa fiebat communicatio pluri-  
morum.

Nihil dubium, reprehendendam esse applicationem **6**  
oblationis, & opinionem meriti pro aliis uiuis & mor-  
tuis: quia illa opinio partitur meritum in passionem  
Christi, & opus sacerdotis.

Probant errorem .1. quia Christus seipsum obtu- **7**  
lit, ergo non alius. 2. Non iussit se offerri in cœna ab  
aliis. 3. Quisq; propria fide applicat sibi beneficia Chri-  
sti. 4. Christus in cœna non obtulit, sed distribuit eu-  
charistiam.

Opiniones de priuata missa sunt reprehendendæ, & **8**  
illa applicatio missæ taxanda, & concedendum uolen-  
tibus omittere priuatas missas. Quid tibi uideatur ca-  
tholice lector, an non legio dæmonum impugnatores Apoc. 20  
ecclesiæ diuexet, & solutus sathanas de carcere suo,  
seducat gentes?



CONFUTATIO ECKII  
Confutatio praestigiorum contra  
sacrum officium missæ.

**F**requentius communicasse fideles in primitiua ec-  
clesia, nouimus tacentibus aduersariis, ut in Ho-  
miliis scripsi de cœna domini: nam primo quoti-  
die, dem singulis dominicis, postea in magnis festiui-  
tatibus, posthac res deuenit ad tres festos dies: postre-  
mo omnino frigescente charitate præceptum fuit de  
semel communicando tempore paschæ: tamen sæpius  
Luterani communicare semper fuit laudatū, & timentes Deum  
prædicantes obseruarunt. Bucer affirmat paulatim docendo reuo-  
raro com- cauerint ueterem consuetudinem communicandi: sed  
municant. peterem ab ipso cur tam raro ipse cōmunicet? quis pro-  
ximo decennio uel ter saltem in anno uidit communi-  
care Luterum, Bucerum, Blarerum, Schnepfium, Ho-  
saudrum, Musculum, Erechium, & similes sectæ capi-  
taneos: An non uana est illorum iactantia de frequen-  
ti communionem, cum eorum sacerdotes adeo abhorre-  
ant à communionem, ut etiam celebrantes et laycis com-  
munionem exhibentes, ipsi tamen à communionem absti-  
neant, ut supra ostendimus.

**Cypr.** Si de laycis suis loquitur Bucer, audiui sane pluries,  
ab initio frequentem (ut sunt hominum animi ad no-  
uitates promi) fuisse communionem: sed initia hæretico-  
rum feruent, ait Cyprianus, mox tepuerunt, ut rarissi-  
mus sit communicans iam apud eos, s. in magna ciui-  
tate duæ aut tres uetulæ ueniāt ad altare. Hoc quoy  
audio, in plerisque ciuitatibus aliquos accedere, solum

ut captēt beneuolentiā magistratus, ut uideatur egregie Lutherani: aliquos accedere uino sublimato ebrios, Barbarica eructantes ad uomitum usque, rarum esse iurum hone communio-  
stium communicantem & bene moratum: & ubi est, Luderano-  
quod superius iactarunt, neminem admitti ad Eucharum.  
ristiam, nisi exploratum. Et cum sciant hoc esse fal-  
sum, mirum quod nō pudeant, huiusmodi contra con-  
scientiam gloriosissimo & Catholico Imperatori no-  
stro CAROLO in scriptis offerentes.

Ostensum est precedenti annotatione, ecclesie apo- 2  
stolicæ & martyriū, fuisse notam applicationē Missæ  
pro uiuis & mortuis: unde impius est, quicumq; eccle-  
siam catholicam sugillat eius consuetudinem spiritu  
sancto docente receptam, ab usum culpando.

Non opinio, sed ueritas catholica à spiritu sancto in 3  
spirata, qui est ei datus ut doceat eam omnē ueritatē, Ioh. 14  
hoc habet, ut sacerdos offerat pro se & pro aliis uiuis  
et mortuis: ut priori paragrapho euidenter probatū est.

Nec est imaginatio, sed rei ueritas plures missas ma- 4  
ioris esse ualoris apud Deum, quàm unam, ut ostendi- Math. 16.  
mus: quod si nullaratio exhiberetur, sufficiat nobis  
& sufficere debet ecclesie catholicæ autoritas, aduer-  
sus quam uec portæ inferi præualebunt.

Horrendæ sunt impietates & à synceritate catho 5  
lica remotissimæ, negare missas applicandas & ualere  
uiuis & mortuis: Ineptus est sophista, cum Bucerus  
argutatur ab oblatione ad communionem: quæ sunt  
disiuncta & separata: sacerdotis est offerre, laycorū  
est

CONFUTATIO ECKII

est communionem recipere. Licet neminem opinor esse  
fidelium, qui non optaret Laycos, ut olim frequentius  
communicare ex feruente charitate & deuotione.  
Verum qui sunt in deuotiores apud Luteranos sepius  
comunicant, & quasi pro spectaculo habent communio-  
nem, sicut Zuingliani pro conuiuio.

6. Quam supinum afferunt errorem, quia sententia  
catholica partiatur meritum missæ in passionem Chri-  
sti & opus sacerdotis: quis unquam uel per insomnia  
sic locutus est: Nos dicimus totam efficaciam missæ  
esse à Christo, qui est summus pontifex & sacerdos:  
hic est qui consecrat, offert, & Deum patrem omni-  
potentem placat: Sacerdos autem homo solum est mini-  
ster Christi & Ecclesiæ, ut insulse diuidas meritum  
Christi & ministri eius: Quod autem Christus ho-  
mini concedit, ut meritum missæ applicet huic uel al-  
teri, est immensa dei bonitas & clementia, à nobis non  
expugnanda, sed cum laude & gratiarum actione hu-  
militer suscipienda.

Sophisma-  
ta Buce-  
rana.

7. Ad cumulum sophysmatum breuiter dico. 1. Chri-  
stus se obtulit, fateor: ergo alius non offert eum, s. sa-  
cerdos: si legisset magistrum, nouisset Christum obla-  
tum à patre, à seipso, à Iuda, à Iudæis: ac hodie offer-  
tur à sacerdotibus ministris & tota ecclesia in my-  
steriis. 2. Falsum assumit dominum non iussisse, ut of-  
ferretur: nam dicendo, hoc facite in meam commem-  
orationem, facite, hoc est consecrate, offerte, accipite,  
manducate &c. quæ omnia hoc loco includit facere:

Si es saxeus et negas: dic mihi, ubi dominus & saluator noster dedit potestatem discipulis & sacerdotibus conficiendi hoc uenerabile sacramentum Eucharistiæ? *Bucer.*  
 nisi forte hæresim Zuinglii nõ omnino exiit, quando scripsit super Matheo contra Luterum. Nulli homini datur facultas efficiendi corpus Christi, Math. 26. & Ioh. 6. negauit uerbis confici eucharistiam, ubi totissimus est Zuinglianus. 3. Non nego timentem Deum sibi applicare & se facere participem beneficiorum Dei per fidem, quæ per dilectionem operatur, ut ait Paulus, & per uaria bona opera nobis à spiritu sancto in scripturis commendata: At sophysma est. ergo per missam nobis beneficia Christi non applicantur: cum in omnibus sacramentis gratia merito passionis Christi applicetur. 4. Falsum assumitur, Christum se Christus se non obtulisse in cœna: Nam primo obtulit se in cœna obtulit in figuratili sacrificio & sacerdotio, & ut Paulus ait, ab-  
 Hebr. 10  
 stulit primum, ut sequens statueret: deinde obtulit se sacramentaliter sub speciebus panis & uini secundum ordinem Melchisedech: oblationem uero uicti-  
 Esa. 43  
 mæ ab Isaia prædictæ, cõsummauit in cruce. Quod si Psal. 109  
 negas Christum obtulisse in cœna: ostende ubi obtulerit panem & uinum secundum ordinem Melchisedech?  
 Ironia.

Quàm bene instruunt ecclesiam, ecclesiæ desertores, Missas priuatas abrogandas, applicationem missarum taxandam, permittere ut contra institutionem

CONFVTATIO ECKII

canonicam, contra fundatorum supremam uoluntatem, priuatae missae negligentur, omnia uidelicet contra totius uniuersalis ecclesiae usum aboleantur, quae ab ecclesia martyru ad nos peruenerunt, propter Iohannem maticos a. 22. annis in angulis Germaniae natos in Saxonia, quam egre CAROLVS magnus Imperator decennali bello ad fidem Christianam suscipiendam coegit. In auctario Enchiridii missas priuatas asseruimus ex Alexandro papa & martyre, sub quo iam dicebatur missae pro defunctis ante M.CCCC.XV. Annos, ex Honorio papa, Sothero, Telesphoro, Leone Gregorio magno, Gelasio, Iohanne, & aliis pontificibus, Ex Augustino, Ambrosio, Nazianzeno, Iohanne elemosinario, Tertulliano. Ex conciliis quoque Agathensi, Triburien. Laodicensi. Aurelianen. Carthaginen. & sexta synodo. In quibus apertissime priuatae missae approbantur: & testatur hoc multitudo capellarum antiquissimarum, et multitudo altarium, tam in ecclesiis cathedralibus, quam monasteriis, in quibus etiam sancti uiri Chunradus, Vlricus, Gallus & alii, missas priuatas celebrarunt. Applicationem missae & orationem taxare non possumus, nisi uelimus taxare spiritum sanctum, qui applicationem huiusmodi in nouo & ueteri docuit testamento, ut superiori articulo probauimus, & in auctario fusius fecimus, ad quae aduersarii nihil responderunt, sed nec possunt respondere. Ideo sponsam Christi ecclesiam sequamur, probatissimos martyres & sanctos, sancta quoque concilia ab-

Pro priuata missa.

bor-

horrentes noua & impia consilia, ueritati, gloriae dei,  
ac saluti fidelium aduersa.

De usu integri sacramenti

eod. Artic. 21. §. 5.

ERRATA SCRIPTI.

**N**Orunt plures fuisse morem ecclesiae uti inte- 1  
gro Sacramento.

Sciunt hunc morem à Christo traditum esse. 2

Christus commendat nobis hoc sacramentum nomi- 3  
ne testamenti: testamentum autem nõ est uiolandum.

Si ergo eis non porrigitur Sacramentum integrum, 4  
alii profus abstinent, alii cum perturbatione conscien-  
tia accedunt.

Si usus ille restitueretur, iam esset cõcordia: quia no- 5  
stri nõ accusant nondum satis institutos, sed persecuto-  
res, qui mutant institutionẽ Christi, & probat illam.

Ecclesia superior non damnatur: habet. n. ecclesia 6  
sancta interdum aliquas stipulas.

Prædictum est postrema tempora ecclesiae plena pe- 7  
riculi futura, sicut multis exitio fuerunt lex de cœ-  
libatu, superstitiones monasticae, abusus missarum, &  
cultus sanctorum.

E X A M E N.

**L**ibrum examinando repurgauimus illam senten-  
tiam modo propositam, non eam tollere errores  
sed augere & firmare, nõ facere conscientias tranquil-  
las, sed lesas, cauteriatas & erroneas: ad illũ ergo locũ  
superiorem me remitto: Ideo paucis nos expediamus.

Fu

CONFUTATIO ECKII

1. Fuisse hunc morem communicandi laycos sub utraque specie nō negamus in aliquibus ecclesiis Græciæ, Aphi-  
cæ, & Germaniæ, & maxime in ecclesia martyrum,  
ut sanguinem Christi sub propria specie sumentes, de-  
cres fierent ad sanguinē pro Christo fundendum. Ad  
hæc si etiam utriusque speciei usum habuerint, non ta-  
men dixerunt esse de necessitate præcepti, neque alias  
ecclesias unam speciem laycis dantes contempserunt,  
neq; eas damnauerunt, uelut mutantes institutionem  
Christi, Id quod ueteres & noui faciunt schismatici  
Calicearii & Lutherani. Et in ecclesia Romana non  
memini me legisse eucharistiam sub utraq; specie com-  
municatam laycis, nisi quod argumentum colligi pos-  
sit ex uita S. Laurentii.
2. Hunc morem obseruauit Christus, sed apostolis de  
Math. 10. dit, non laycis: iam dudum elegerat eos, & fecit ut es-  
sent duodecim: Vtranque speciem dedit, qui perfectius  
sacramentum instituit, uoluit facto ostendere se sacer-  
dotem secundū ordinem Melchizedek, ut nullibi Chri-  
stus docuit esse de necessitate præcepti laycis utramq;  
speciem dari.
3. Corruptunt uerba & mentem Christi: non enim  
lib. 3. cap. 2 loquitur hic de testamento, ut est suprema uoluntas  
morituri etc. sed ut est lex noua, testificans mentem et  
uoluntatē Dei, ut pleniter ostendi de sacrificio missæ:  
symbolice posse tractari, ut testamentū, hoc nemo Chri-  
stianus negauit & nostri largissime profecuti sunt, q̄  
unquam ullus Lutheranus: uerū proprie dici testame-  
ntum

tum pro ultima morituri uoluntate, adeo non est de mente saluatoris nostri, ut ei quàm maxime refragetur, Ait enim: Hic est calix (sanguis) noui testamenti, Mar. 14 non dicit, nouum testamentum: quod si etiam diceret, ut in Luca, intelligendum esset confirmatiue, sanguis Luc. 22. confirmat testamentum, hoc est legem Euangelicam, sicut Moyses ait, in confirmatione ueteris testamenti, aspergens populum sanguine. Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Iniuriam facit ecclesie, qui dicit eam uiolare testamentum sponsi sui Christi. Audi Bucere, es oblitus quod frater tuus Zuinglius Zuinglius scripsit ad regem Francie esse abusum, quod sanguis dicatur testamentum.

Quia male seducti per nouos prædicatores nuper 4. natos, deponant conscientiam erroneam, & non abstineant à cõmunionem tempore statuto ab ecclesia, ne peccent per inobedientiam, & cessabit omnis perturbatio conscientie, quando fides & credit ecclesie catholice, & non innititur propriae prudentie contra sapientem, inanes cauillos & sophismata contra uniuersalem ecclesiam sibi affingens: Sicut filiola quæ discit filare, si quando fila inuoluuntur, quanto magis uult illa facere recta, tanto magis implicat & irretit: si autem offert matri, illa mox nouit inuoluta explicare: Sic si lius ecclesie, si implicatur dubio aliquo in articulo fidei, maxime laycus, si uult dubium illud explicare proprio ingenio & ratione humana, magis implicat & in 1. Tim. 3. uoluit se in plures errores: Quod si matri ecclesie ob Gen. 7.



CONFVTATIO ECKII

tulerit ore & corde dicens: Credo ecclesiam catholicam, credo sponsæ Christi, credo columnæ & firmamento ueritatis, quia regitur magisterio & doctrinâ spiritus sancti: extra illam archam diluuiio peribit, solidis fundamentis repellat omnes nebulas dubitationis, & conscientie perturbationes. Maxime cum ecclesia oēs hæreses finaliter uicerit quotquot fuerint.

**Gregor.** Non est filius germanus ecclesiæ, qui uellet concordiam facere cum iniuria matris: citius scandalum nasci permittitur, quàm quod ueritas relinquatur ait **Gregor.**  
**Basil.** Et diserte ait S. Basilius, ecclesia facile pacem obtinet ab hæreticis, si ueritati cedere uellet: hoc autem nunquam impetrabunt. Esto quod tota Germania fieret, quid ditissima Hispania regnaret, quid Italia præter religionis? Gallia cum suo Christianissimo Rege? quid Portugallia, Hungaria, Polonia, Scotia, Anglia, Sicilia, Neapolis, Croatia, Nauarra? quid potentatus proximè, Veneti cum regno Cretæ & Cypri, Mediolanensis, Florentia, Genua, Senis, Luca, & fortissimi Helueticorum Cantones octo cum Vallesiis, nunquid consentient & manus dabunt, & fatebuntur se & antecessores suos mutasse institutionem Christi? O temeritas.

**Christiani** Sed magis absurdum est, quod addunt se non accipi bene instituti. re nondum satis institutos: ac si in regnè & dominè supra memoratis Christiani nondum essent satis instituti, ac in reliqua Germania: sed expectassent excruciosos monachos, fide fragros sacerdotes, grammaticos,

textores, fabros, cerdones Lutheranos. Ego contrariū dico in hoc articulo, & alios, fideles bene institutos: aduersarios autem Zuinglianos, Parabaptistas, Luderos, Suermeros à ueritate & fide destitutos, ne quid grauius dicam. Vnde quod ab initio ualde orant, ac si supplices forent, tamen est qui nequiter se humiliat, Eccles. 19. ait sapiens, & interiora eius plena sunt dolo. Orant hoc eis permitti, quo se Euangelicos iactarent, & totam ecclesiam hæreseos damnarent: Cum fideles layci integram recipiāt signatum Christum, etiam si non recipiant integra signa huius sacramenti.

Sæpe adferunt institutionem Christi mutatam: at Ecclesia ali in hoc iniuriatur Ecclesiæ catholice, quæ licet muta qua muta- uerit aliquando formam baptismi, in nomine Iesu bap- uit. ptisans, & in sanguine & suffocato comedendo contra concilium apostolorum, (ubi uidemus maximam ecclesiæ autoritatem) at hic nihil factum est ab ecclesia contra Christum: cum ipse nullibi instituerit aut præceperit communionem laycis sub utraque specie: & etiam in primitiua ecclesia aliquando obseruatum fuit cõtrarium. In coena Christus plus formulam missæ monstrauit, & sacramentum instituit, quàm quod laycis formam communicandi præscriberet.

Multas gratias debemus misericordie aduersario- rum, quod non damnant ecclesiam superioris ætatis: Hier. 1. 10. d. homines misericordes uidelicet, qui habent potestatem uitæ & necis, ut euellant, destruant, disperdant,

## CONFUTATIO ECKII

**Hier.**

dissipent, edificent & plantent. At solum dolus est et fucus, ut Hier. ait: Hæretici pacem simulant, quâ non exhibent, quia hanc obiectionem aliter diluere nesciunt. Si uera esset eorum sententia, superioris ætatis Christiani omnes essent damnati. Sentiunt quàm credide hoc esset dicere, tantam multitudinem per totum orbem Christianum in Christo mortuam, damnare: ideo hunc fucum prætexunt, ut de eucharistia etiam Oecolampadius fecit in disputatione Baden. sed mentita est iniquitas sibi: cum ignorantia eorum quæ sunt in Euangelio explicata neminem excuset: unde maligne incusat ecclesiam, in hoc habuisse stipulas suas, quæ ipse deum orare deberet, ut à ligno æterni ignis liberaretur: rectius senserunt concilia generalia & tota ecclesia, quàm nuper nati schismatici, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.

**I. Job. 2**

7 Recte hic conuincuntur errorum aduersarii: nam dominus et saluator noster loquens de periculosis temporibus nouissimis, cum Paulo, Petro & Iuda, digredientium, monstrant magistros illos prurientes auribus: & qui dicant, hic est Christus, apud Zuinglios: alius autem & timentium quod hic est Christus apud Lutherum: Sic alius apud Paramoniam etc. Christus & apostoli prædixerunt errorum ueniēt alii res, & hæreses, ac discessiones à fide uenturas ualidissime: Contra hi iactitant, primum iam solem Euangelicum ortum, & Euangelium sub scamno extractum. Cum ergo ueteres resuscitent hæreses, & nouas ediciant: quomodo tam cæci sunt, ut non uideant peri-

**Periculosa**  
**tempora no-**  
**uissimis Lu-**  
**deranorū,**  
**& timen-**  
**dum quod**  
**ueniēt alii**  
**hæretici**  
**piores.**

culosa nouissima tempota de eis & propter eos dicta: In cæcitate  
 Cum ecclesiæ sanctæ doctrinæ & consuetudines ab Ludd.  
 apostolis, à martyribus, à sanctis confessoribus ad nos  
 usque dimanarunt, ut de sacrificio missæ, de inuocatio  
 ne sanctorum, de confessione, de sacramentis, de suffra  
 giis mortuorum luculenter & manifeste in superio  
 ribus probauimus.

Proderit euocare uerba, quæ frangtâ ceruices aduer  
 sariorum. Nam Christus inquit, surrecturos in nouissi Math. 24.  
 mo pseudo prophetas, qui seducent multos: Et Paulus 1. Tim. 4  
 inquit: Discedent à fide, attendentes spiritibus erroris  
 & doctrinis dæmoniorum in hypochrisi loquentium  
 mendaciū. Et iterū, nouissimis diebus instabūt tēpora 1. Tim. 3  
 & erunt homines speciē pietatis habētes,  
 periculosa, & erunt homines speciē pietatis habētes,  
 uirtutem autem eius abnegantes, semper discentes, et  
 nunquam ad scientiā ueritatis perueniētes, qui resistūt  
 ueritati, sicut Iannes & Mambres restiterunt Moysi:  
 mali homines & seductores proficient in peius erran  
 tes, & in errorē alios mittentes. An nō sui coloribus  
 depicti sunt hic Neochristianorum prædicatores. Pe- 2. Pet. 2  
 trus ait: Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut &  
 in uobis erunt magistri mendaces. & alio loco. Veniēt 2. Pet. 3  
 in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta pro  
 prias conscientias ambulantes. (quod schismatici ho-  
 die faciunt.) Similiter admonuit Iudas: Quoniā in Iud. Thad.  
 nouissimis temporibus ueniēt illusores, secundū dese  
 ria sua ambulantes in impietatibus: hi sunt, qui segre  
 gant semetipsos animales, spiritum non habentes.

## CONFUTATIO ECKII

Quæ omnia aperte in aduersariis apparent, in exemplis eorum : Nam inter doctrinas nouissimi temporis enumerant cœlibatum, de quo tamen statuit Cartaginens. concilium ante M. C. C. annos, & reiecit in priora tempora dicens, quod ipsum seruauit antiquitas. Enumerant Monasticen, quæ tempore apostolorum incepit, ut ex Dionysio liquet, & Philo de S. Marco testatur : Basilius quoq; ante M. C. C. annos scripsit de institutis monachorum, & hæcenus cum maximo fructu durauerunt in ecclesia.

Cartag.

Basilius

Synodus  
sex.

Fructus Lu  
terani

Sacrilega  
Neochri-  
stianorum.  
Virtutes  
Neochri-  
stianorum.

Exemplum dant de missa, quam primus celebravit Christus, dein Iacobus apostolus, sexta synodo testatur ut supra de missa & ueneratione sanctorum ostendimus.

At & nos ueraciter manifestemus fructus nouissimi temporis & noui Euangelii qui sunt, Monachos fieri exiticios, uotifragos, ac relicto spiritu & seruitio DEI, sequi uoluptates & desideria carnis, reuicere ieiunia, relinquere cultum diuinum, Matutinas extinguere, ecclesias ornatu spoliare, Missam iuge sacrificium Ecclesie uel mutare, uel ex toto cum Antichristo tollere, sanctis preces & honorem subtrahere, Monachas similiter seducere, ut uirgineo choro, & flore relicto, Veneris turpitudines, ac spurcitas pro libidine sequantur. Defunctis in purgatorio non suffragari, a Sede Ap. & ecclesia Romana discessionem facere, sacramenta uilipendere & irridere. Eucharistie sacramentum uel penitus negare, uel multis erroribus ac abusibus cospurcare, matrimonia temere separare,

& illegitime coniungere, ceremonias, & solemnitates baptismi, sicut & aliorum Sacramentorum exufflare, confessionem uel abolere uel eneruare, templa Dan. 12. omnia exuere cantibus, organis, imaginibus, ornamentibus, cæreis, altarib. etc. ut sint loca desolationis secundum Danielelem, apta in quibus sedeat abhominatio Antichristus filius perditionis, Sanctos patres & doctores improbare, conculcare sancta Concilia, imagines Christi, & sanctorum deturpare ac more Turcico confringere, summo sacerdoti maledicere, Casari iniuriari, fideles imperio ad defectionem inducere, subditos ad rebellionem incitare, unde in Germania plusquam centum millia uirorum, bello seruili interierunt, ultimas uoluntates defunctorum infringere, reliquias sanctorum uiolare, ecclesias passim & altaria subuertere, monasteria diruere, ecclesias cathedrales & collegiatas cum prædijs occupare, honestum clerum & monachos probos in exilium pellere, calices, cruces, arculas argenteas diripere, redditus ecclesiasticos propria autoritate in prophanos usus conuertere, libertatem ecclesiasticam tollere, processiones & actus ecclesie subsannare, subditos ad has impietates precibus, muneribus, minis & poenis inuitare, & quasi cogere. Habetis ne aduersarii, quod ecclesie catholice oppositis de periculis nouissimi temporis, cum tot & tanta ego uobis obiecerim mala à uobis mudo illata: quæ omnem impietatem superiorum hæreticorum uincat? Respondite, si audaces estis.

CONFUTATIO ECKII  
De cœlibatu, scriptum vltimum.

**Q**uam incircumspectus est Bucerus, unde euidenter conuincitur quædam pro sua libidine, uel mutasse, uel addidisse: nam præcedentem articulum omnino non consignauit in libro, ut suspicetur scriptum illud non fuisse oblatum ab initio, & quia articulum præsentem de cœlibatu signauit circa librum caractere. I. quem modo priori articulo præfixit, & hic substituit L. At iis ad rem non multum pertinentibus, omissis, rem ipsam potius adgrediamur.

Errata scripti.

1. **O**ptamus ut gubernatorum autoritate tollatur ex ecclesia lex iniusta de cœlibatu, quæ est fons damnandæ turpitudinis.
2. Paulus uocat prohibitionem coniugii doctrinam demoniorum.
3. In nouissimo iudicio apparebit, quantam ruinam traxerit diabolus hac lege in ecclesia, quanta agmina animarum perdidit, quia fornicatores, & adulteri regnum dei non possidebunt.
4. Nostrorum scripta perspicue ostendunt legem de cœlibatu pugnare cum iure diuino.
5. Paulus uult presbyterum esse maritum.
9. Prima cura in ecclesia esse debet de constituendis ministris, ut idonei eligantur, siue sint mariti, siue cœlibes: & electo cœlibi liberum sit etiam postea ducere uxorem, uitandæ scortationis causa, secundum Apost. 7. Nec sacerdotum, nec monachorum, uoto impeditur

coniugium: quia est factum contra mandatum DEI.

Siricius cum Hispanis sacerdotibus præciperet uxores dimittere, citat hoc dictum, & torquet, qui in carne sunt, Deo placere non possunt. 8

Voto impliciti sunt superstitiosi cultus, certum est ex secundo mandato decalogi, tale uotum non placere Deo. 9

Superstitio est, si cœlibatus existimetur res excellens placans Deum, & coniugium putetur nõ placere deo, aut uix placere, aut quod polluat sacerdotes, aut Sacramenta, cum omnia sint munda mundis. 10

Ex redditibus monasteriorum dentur stipendia pastoribus, professoribus, & scholasticis. 11

Examen scripti.

**L** Ex cœlibatus nõ peperit uicia, sed hominum malicia, & Episcoporum negligentia, qui non obseruat seueritatem canonum: Alioquin lex diuina, quam multi præuaricantur, diceretur fons peccatorum. Imò nullum est peccatũ, nisi quia lege diuina prohibitum: lex aut de cœlibatu bona est refrenans carnem, ne concupiscentias eius sequamur, sed subsit menti & rationi, ac mortificentur membra eius iuxta apostolum: at aduersarii licenter uolunt permitti dominatum carni, quando libertatem Euangelii aut in occasionem carnis contra Paulum, & libertatem Euangelii habent pro uelamento maliciæ contra Petrum. Quod euidentissime ex eo liquet, quod hic optant, ut gubernatorũ autoritate tollatur lex illa, & ipsi non



CONFUTATIO ECKII

Non expectata superiorum autoritate, & nec petita, dum  
 etata supercunt propria temeritate præsumptas coniuges ingen-  
 riorum licè tiscandalo pusillorum, & contempta canonum &  
 tia, contra prælatorum, secundum prurimum carnis & libidinem,  
 hunt ludde impii sunt aduersarii, qui legem à Christo & Paulo  
 rami. consultam dicunt iniustam et fontem turpitudinis: Ca-

lumniantur præterea tot sacra cõcilia, tot sanctos pa-  
 tres, & ecclesiam catholicam à tempore apostolorum  
 & martyrum, à quibus hæc lex rationabilis & iusta  
 iudicata est. Vt ex Canone 17. Apostolorum liquet,

Coelibatus Et ex conciliis Ancyrano, Cæsarien. Cartagen. A-  
 gaten. Gerunden. Melden. Neocæsarien. & pluribus  
 Toletanis, patet apertissime: Vnde concilium Carta-  
 ginen. tit. 3. de coelibatu cleri inquit: Vt quod aposto-  
 li docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque

Leui. 22 custodiamus. Sed cõtempta uetustissima lege Neochri-  
 Ezech. 44. stiani pudenda nouitate, in his periculosis nouissimis  
 temporibus libidinoso & prohibito incestu, mornialib-  
 bus, uidiuis ac etiam meretricibus sub fuco cõiugii, eti-  
 am contra legem diuinam miscentur.

Sic legem illam sanctam iudicarunt pontifices, san-  
 cti in ecclesia martyrũ & ipsi martyres & sequentes  
 Calistus, Siricius, Gregorius, & plures alii. Et omnes  
 sancti patres & doctores ecclesiæ astipulantur suc-  
 cessores, Origenes, Nazianzenus, Athanasius, Hiero.  
 Augustin. Ambro. Gregor. Chrysostomus & alii san-  
 cti, ut alias prolixè induxi. Et in hoc quoque Græci  
 & Calabri sunt meliores illis, qui nunquam contra-  
 hunt

hant post sacerdotium, sed coniugatos admittunt ad ordines sacros suscipiendos: tamen in Episcopum non recipiunt nisi coelibem, diuersi ab istis salacibus Neochristianis.

Id quod Paulus dixit contra Marcionem, Mantem, Tacianum, & alios hæreticos nuptiarum damnato- Prohibètes res, sinistre torquent contra ecclesiam, quæ tamen non nubere. prohibet nubere: sed his qui fecerunt uotum uerum uel interpretatiuum prohibet, ne uota uiolentur: nam ante uotum liberum erat contrahere. neminem cogit ecclesia. Sicut enim coniugatus prohibetur ducere aliam, uiuente uxore, quia non debet diuidere carnem: 1. Tim. 5 Sic ecclesia non uult uouentem, qui tradidit corpus suum Christo, dare alteri potestatem corporis sui, quod ex Paulo alibi liquet. Et profecto mirandum esset, si sancta Concilia, & tot sancti patres non intellexissent uerba Pauli, usquequo uenissent grammatici Luderani & Suermeri.

In nouissimo iudicio manifestabitur, quanta ruina peccatorum, ex omnium legum transgressionibus, ut de adulteris & fornicatoribus, quorum multo maior est numerus in immensum, quam sacerdotum & monachorum coelibatum uiolantium: licet nec illis parurus sit Deus.

Enormiter hic lædunt ecclesiã, asserentes hanc legem esse contra ius diuinum, & naturale. Ergo Christus, Plures sancti Iohan. Paulus, Titus, Timotheus, Ireneus, Cyprianus, & ceteri coelibes.

## CONFUTATIO ECKII

1. Tim. 5

Martinus, Augustinus, Hieronymus, & alii innumerabiles  
 coelibes peccauerunt contra ius diuinum, & naturaliter  
 Cur tunc Christus laudauit se castrantes propter regnum dei? Cur Paulus uitandas praecepit uiduas, quae primam fidem (hoc est coelibatum) irritam fecerunt: quae ideo habent damnationem. Quod uero remittit se ad scripta suorum: & nos referimus nos ad concilia, & scripta sanctorum patrum, referimus nos ad confutationem Saxonicae confessionis, per gloriosissimum Imper. nostrum, uere Catholicum CAROLVM. V. Augustae factam: Referimus nos ad scripta Fabri episcopi Vien. Clitouei, Schazgeri, Dietenbergii, Vsingii, Kollin Vlmen. & simulum doctissimorum uirorum.

§ Falsum imponit Paulo: non enim praecipit, aut sancit  
 Episcopus episcopo, ut maritus sit: sed ut docte Chrysostomus,  
 unius uxoris uir. & eleganter princeps Carpen. explanant: nam quaedam absolute praecipit episcopis, ut illa quae prauitatem excludunt: quaedam autem sub conditione requirit, ut quod sit unius uxoris uir, non bigamus, trigamus: Item quod filios habeat subditos, id est, quod filios non habeat rebelles & iniquos. Vnde non praecipit, non suadet, neque permittit coniugium episcopis, sed qualis esse debeat eligendus in episcopum ostendit, quod non sit bigamus: Ideo quod inquit: Oportet episcopum esse unius uxoris uirum, refert rem iam factam & praeteritam, non futuram. Nam uiolente exponendo, nec Christus, Ioanes, Paulus, & ipse Timotheus & alii

alii cœlibes, uel non fuissent episcopi, uel peccassent  
contra præceptum Pauli.

In deligendis ministris ecclesiæ, debent seruari con- 6  
cilioꝝ & sanctorum patrum ordinationes, non ab S. Paulus  
ecclesia exclusorū placita: quod aut apostolus ait: Vir permittit  
habeat uxorem propter fornicationem, s. uitandam: ducere uxo-  
cur non adferunt uerba Pauli proxime præcedentia. rem.

Bonum est homini mulierem non tangere: permittit  
ergo Paulus ducere uxorem, ut infra ait: Hoc autem  
dico secundum indulgentiam, non secundum imperiū.  
quod si Paulus laycis indulget, non præcipit matrimo-  
nium, quanto minus sacerdotibus, neque uouentibus:  
sed sunt alia etiam remedia fornicationis, auxilium s.  
gratiæ diuinæ: quia fidelis est deus, qui non patitur 1. Cor. 10.

nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum ten-  
tatione prouentum, ut possimus sustinere. Et sapiens  
ait: Scio quoniam aliter non possum esse continens, nisi Sap. 8.

Deus det: & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset  
hoc donum. Hinc Paulus inquit: Omnia possum in eo Philip. 4  
qui me confortat.

Falsum est & apostasiæ incitamentū, uota illa facta 7  
esse contra mādatum dei. Et quia iactitatis uanissime  
sacras literas: producite uel unū locum, ubi Deus pro-  
hibeat in homine libero, uel uotum castitatis, uel uotū  
cœlibatus: Imò illa uota emittuntur secundum consi-  
lium Christi, ut & apostolus explicat, a deo non pug-  
nant cum lege dei.

CONFUTATIO ECKII

**8** Siricius sanctus pontifex hic ab aduersariis capitur: quia multis modis eis aduersatur, scribēs Tarraconen-  
**Siricius.** Episcopo: Nam eliminandas dicit personas monacho-  
 rum & monialium, quæ sacrilega contagione se mis-  
 scuerint, contra publicas leges & ecclesiastica iura: de-  
 cernit in ergastulis reclusas poenitentiam agere: Im-  
 probat eos, qui post numerosa coniugia sacerdotium  
 uel episcopatum ambiunt: & seuera constitutione ne-

**Ro. 8.** hibet sacerdotum coniugia, citans illud Pauli: Qui in  
**Buceri ma-** carne sunt, Deo placare non possunt. Buceri arbitratur  
**ledicentia.** eum hoc fecisse uel per maliciam uel inscitiam: non  
 trum licuit tam sancto & docto pontifici impingere,  
 qui cathedram Petri ante .M.C.L. annos rexit: nam  
 qui conuincuntur euidentius in carne esse, quam qui  
 carnis tentatione & concupiscentiis uicti, uota & sta-  
 tuta reuiciunt, & carnis desideriis consentiunt: quos

**I. Cor. 7.** & Paulus testatur: Qui cum uxore est, sollicitus est  
 que sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diui-  
 sus est: Et quæ nupta est cogitat quæ sunt mundi,  
 quomodo placeat uiro. Ideo noli Bucere cum mor-  
 tuis pugnare, ante tot annos sancte in CHR-  
 ISTO defunctos, & hactenus à nemine laceratos,  
 nisi iam à uobis Neochristianis ueritatis & castitatis  
 hostibus.

**9** Appellare cultus ex uoto supersticiosos, derogat  
**Laus uoto-** fidei catholicæ, quod uiuant caste, abnegent uolunta-  
**rum.** tem propriam, ieiunant, uigilant, iugiter officiis diui-  
 nis inseruiunt, mundum reliquerunt, & alia faciunt,  
 quæ

quæ sunt regularis obseruantia: est ne hæc superstitio: pugnat ne cum secundo præcepto decalogi: Inuanum ne assumatur nomen Dei: cum tanta reuerentia, deuotione, & zelo ei seruitur, ut glorificetur & sanctificetur nomen eius: nec stulto Bucer assumptum suum uerisimile faciet, cum isti sint laudabiles cultus latricæ & minime uitiosi.

Cur autem non existimarent coelibatum aut Mona-  
sticen rem excellentiorẽ, cum scriptura hoc expresse Math. 19  
testetur: nam laudat Christus, qui se ipsos castrarunt Cœlibatus  
propter regnum Dei: apud Isaiam promittit eis locum res excel-  
lens in domo sua, & nomẽ melius à filiis & filiabus, nomẽ lens.  
sempternum. liquet excellentius præmium, ergo &  
excellētius meritũ, eorũ qui in castitate seruiūt Deo.

Errat & hic Bucer, quod cum ecclesiæ doctores uir-  
ginitatem & cœlibatum laudent præ coniugio, quod  
propterea negent coniugium placere deo, aut uix pla-  
cere, ut error est Eucrartitarum, Manichei, & simili-  
um: quia honorabiles sunt nuptiæ, thorus immacu-  
latus: sed excellentior castitas & cœlibatus: Neq; pol-  
luit matrimonii sacramentum, sed quia in datione le-  
gis Mosaicæ iussi sunt se continere à mulieribus, &  
ne manducarent panes propositionis, & qui seruiebat  
templo separabant se à consortio uxorũ, uelut Za-  
charias. Iussi ergo sunt se sanctificare ad ministerium  
Dei, quanto magis ad Eucharistiam.

Caudam argenteam habet totum illud scriptum Cauda ar-  
gentes. Lutheranorum: ubi magno dolo fucare uolunt, quod  
bona

CONFVTATIO ECKII

bona ecclesiarum, monasteriorum & beneficiorum diripiunt. O bona paupertas quæ Ludderanos facit opulentos: Cum tota Germania sciat, quomodo illa bona direpta ueniant in cameram principum uel ciuitatis, in fiscum, in horrea & cellaria illorum: Et tamen hæc fraude nobis illudunt: quia debeantur pastoribus, scholaribus & pauperibus: cum nulla uel minima ratio

Bona ecclesiarum. illorum habeatur: Imò potius bona monasteriorum donant uel uendunt laycis, argentum cudunt in nummos, gemmis & lapidibus abutuntur ad pompam & uasis deauratis, uelut Baldasar rex apud Dan. 5. Daniælem ubi prius c. aut ccc. miseris dabantur elemosinæ ex monasterio: iam nulli pauperi quicquàm uel parum datur. At hæc omnia iustus iudex uidet & nouit, qui potens est reddere unicuique, secundum quod bonum uel malum gessit in corpore, qui adiuuet sponsam suam sanctam Ecclesiam catholicam, qui est benedictus in sæcula.

A M E N.

Finis eorum quæ Ludderani contra librum à Cæsare propositum adiecerunt.

Responsum datum Cæsari per principes catholicos.

CVM colloquium super libro & articulis Ludderanorum fuisset absolutum, Cæsarea Maiestas librum obtulit cum scriptis aduersariorum, ordinibus

ibus imperii, & eorum petiit iudicium: Bucer uero hic multa immiscuit de suo mucore, quæ nos tanquam priuatim scripta postremo loco tractabimus, quantum ad negotium nostrum faciunt. At quæ contra principes catholicos magna malicia & maledicentia effutiuit, præterire non possumus, quin obelis expungamus.

Adnotatio in præfationem Responso principum præfixam.

**B**ucer homo negotiosus, non orantibus catholicis ordinibus præfationem adfixit aculeatam: In qua optimos principes audet notare, & suo mucore aspergere: quæ pro honore illorum non possum surda aure præterire, licet & hoc ex me non petant, sed zelus & feruor fidei me urget: & ut lector mox possit conferre, Buceranum pus adnotationibus inseram.

Principes catholici non abhorrent à uera & pia concordia, ut mordet eos Bucerus, sed hanc attentatam, intellexerunt paucorum opera subornatam, prudenter prospicientes, eam tendere uel ad religionis ruinam, uel ad maiorem discordiam in Germania excitandam.

2.

Male sugillat excucullatus iste excellentissimos Principes principes, quasi omne consilium diui Imperatoris de catholicis aduersantibus pacificatione Germaniæ abolere censuerint: cum contra aduersantibus ipsos maxime cupere pacem, ut uere Euangelicos, tur Imp. modo esset honesta, quæ honorem dei minueret, & re sicut alii. religionem uostram non uiolaret. Alioquin omne bellum



CONFVTATIO ECKII

magis optandum, quàm ueritatē fidei relinquere: fortes & præclari Romani pro patria sanguinem fundere non dubitarunt: quanto magis catholici principes fortes esse conuenit pro ecclesia, pro legibus ecclesiæ, & auita religione, uelut alii Machabei et Caroli. Quod censuerunt librum abiiciendum, nihil obfuisse, sed profuisset concordia.

3 Porro quod censuerunt edictum Vuormacien. & recessum Augusten. confirmanda. At non iuste & prudenter consuluerunt pro antiqua religione conseruanda, pro honore Cæsaris quoque, & Germanicæ nationis gloria tuenda. Si enim Cæsarea Maiestas decreta mature deliberata cum omnium principum assensu, doctissimis in Germania Theologis suffragantibus, & per Christianum orbem promulgata, iam propter situlam Bucerum, aut alios à fide & obedientia Ap. se discedentes, mutare uellet: à pontifice, ab omnibus regibus Christianis, ab ipsis principibus catholicis Germania pro arundine, quæ agitur à uento, haberetur: absit hoc à constantissima Cæsaris nostri constantia,

**Laus Imp.** longe absit à catholico Maiestatis suæ animo. Cor Regis in manu Dei. Imò cum in hoc periculoso tempore

**Imp. Christianissimus** omnia experiamur mala in orbe Christiano, bella Turcica, intestina, hæreses, rebelliones, pestilētias, morbos nobis à Deo insolitos, inundationes aquarum, nimium iam æstum ac siccitatem, alio anno nimis pluuiosum tempus, ut fructus maturare non possint. Hoc solum boni habemus reliqui à Deo, quod nobis imperatorem dedit pot-

tentem, ad debellandum hostes fidei, Mauros, Turcas, magnanimum ad maximas res perficiendas, & ad longissimas profectiones expeditissimum, Animo tam iusto, tam clementi, tam religioso atque infracto, ut tota Christianitas nõ sufficiat Deo gratias agere, Tertul. pro tanto beneficio, et munere: Et obsecrare, ut det ei Deus uitam prolixam, imperium securum, donum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum: & quaecumque hominis & Cæsaris uota sunt. *VIUAT CAROLVS Imp. VIUAT & triumphet.*

Quod iterum Bucerus insimulat catholicos principes, quasi studuerint impedire concordiam, insignis ardelio est: tam firme omnia narrat, ac si omnium principum interfuisset consiliis, non fidus secretarius, sed egregius manifestarius, iniuriam facit Reuerendissimis Episcopis, nobilissimis principib. Reuerendis prælati, Generosis comitibus, prudentissimis ciuibus catholicis, qui querunt ea quæ ad pacem sunt, concordie amantissimi. 4

Affirmat principes eo etiam nixos argumento, non licere eis statuere quid certi de religione mutanda, sine Romani pontificis assensu. Et quid tibi uidetur re et aliis schismaticis prædicatoribus? nonne pium et religiosum fuit hoc principum responsum? qui unitatem ecclesiæ catholicæ, obedientiam Se. ap. usq; ad sinem defendere parati sunt, nolentes facere discessionem, qualem Paulus prædixit: Hanc enim obedientiam 2. Thess. 2.

CONFVTATIO ECKII

**Autoritas** Asiatici, Ægyptii, Græci, Mauri obtulerunt Romanam ecclesiæ, ut summum iudicium in fide haberet, ut liquet Ro. eccles. ex Epistolis Athanasii Alexandrini, Iulii papæ, c. hæc est fides 24. q. 1. Hieronymus in epistola ad Damasium Papam, quæ incipit: Quoniam uetusto. II. dis. Quis nesciat. 24. q. 1. aduocauit. & c. pudenda. Et c. inferior dis. 21. c. omnes dis. 22. cum mille concordantibus: Si ergo uetustissimos, sanctissimos patres & concilia secuti sunt principes inclyti, quid eis uicio uertis? Imò Christianissimos imitati sunt imperatores, Constantinum, Iustinianum, Valentinianum, Martianum, Theodosium & Carolum magnum, quorum uerba ad sero lib. 2. de primatu Petri cap. 16. & 17.

**Bucer usur** pat indebi de principibus, noua simia. Quia alii plus iusto ad te iudicandi huc tribuerent Romano pontifici (. nimia obedientia officium. uicium est apud schismaticos. ) Alii sibi metuerent à papa & eius satellitibus, ac si pontifex paratum haberet exercitum Ratisbonæ, aliquot puto mularum: Alii pollicebantur sibi aliquid de integritate legati: & recte quidem, honesta polliceri sibi poterant de uenerando sene doctissimo & integerrimo, quæ unitatem ecclesiæ promouerent, non scinderent: Cuius eruditionem ac uitæ sanctimoniam omnibus uxoratis ob iicio Luteranorum prædicatoribus.

## RESPONSVM PRIMVM

Electorum, & Principum catholicorū,  
datū Imp. Maieſtati de actis colloquij.



Postquam Inuictiss. Imperator, dominus noster clementiss. Electoribus, Principibus, & statibus clementer patefecit, & scripto comprehensa offerri curauit, ea, quæ consignata fuerūt à collocutoribus, quos sua Maieſtas ad id, cum hoc sibi communes status detulissent, delegit, ut uiam & rationem ad conciliandam religionem, citra tamē aliquod præiudicium quærerent: petiitque sua Maieſtas, ut ab Electoribus ista cognoscantur, suamque ipsorum sententiam, hi super istis rebus Imper. Maieſt. communicent. Electores & cæteri Principes, atq; horum absentium legati, arduum istud negotium, pertinens nimirum ad gloriam & honorem Dei omnipotentis, salutem animarum, & communem Germanicæ nationis utilitatem, diligenter, quantum per temporis breuitatem licuit, expenderunt. Ad negotium igitur huiusmodi commode expediendum, utile & consultum eis uidetur, ut Cæsareæ Maieſtati scripta sex collocutorum, in quibus de articulis religionis controuersis agitur, iterum reddantur, suaque Maieſtas, tanquam aduocatus & defensor catholicæ ecclesiæ, humillime rogetur, ut cum legato pontificio, iuxta decretum Haganoense, sex collocutorū scripta cognoscere,

Communicare uelit. Præcipue uero articulos, in quibus collocutoribus cõuenit, exacta & summa diligentia examinare, ita, ut si quid in collocutorum scriptis repertum fuerit, quod uel sententia uel uerbis pugnet cum sanctis patribus & laudabili ecclesiæ consuetudine, si quid adhæc forsan abusu in ecclesia deprehensum fuerit, id mutetur, emendatur, tollatur. Præterea si opus sit declaratione aliqua, ad ea elucidanda, quæ in articulis obscurius posita sunt, ea ut adiciantur. huiusmodi uero resolutione factam, referendam, quamprimū fieri potest, ad status imperii, ut sic cum Imp. Maiest. iuxta id, quod initio comitiorū ipsa proposuit, concorditer status de his rebus agere possint. Vt demum Imp. Maiest. dare uelit operā, ut protestantes consentiant in aliquā Christianā formā & ratione conciliandi reliquos articulos nondū cõciliatos, quod si nec hoc à protestantibus impetrari poterit, ut ad generale conciliū reuocentur, aut saltem ad nationalē synodum (si habendi generalis nulla spes fuerit) modo illa rite, & legitime conuocetur, quo tandē in Germanica natione, Christiana pax & tranquillitas conseruari possit.

Maligna Buceri interpretatio super  
 responso Catholicorum.

**Q**uantum progressa est sub nouo Euangelio hominum temeritas, ut homo priuatus Bucerus nulla dignitate conspicuus, solis erroribus motus & insignis, postquam cucillum exiit sibi & coniugi, audet obedientium principum calumniari responsum:

sum: & hoc quidē amarulentius facit, alterum responsum improbens, ut suo loco uidebimus.

Cum autem Diuus Imp. noster à Deo cornatus prædecessorum suorū sequatur uestigia, ac Ro. pontificem Christi in terris uicariū omni ueneratione debita prosequatur, uelut Bononiæ fecit 1529, Romæ 1535. & hoc anno 1541, Lucæ: tamen ob exulceratum animum (sicut solent habere Lutherani) in summum pontificem S. D. N. affingit multa dicta à Diuo Cæsare, contra pontificem & se. ap. Reiecerat enim responsum principum, eo quod causam detulerint iudicio Papæ, ubi nihil horum sperandum, si qui nouerint, quid Romæ credatur & uiuatur, quæque sint Papæ, maiorisq; Cardinalium partis studia: Ideo officium erat principum, hanc causam, non ad alios, minime autem omnium ad Romanos reicere & c. An Bucerus Romæ fuerit an non, nescio: uagum eum fuisse aliquando audiui per arces: tamen si ex me querit quid Romæ credatur & uiuatur: Respondebo ego ei, Bonos quorum magna est ibi multitudo tam honeste uiuere, tam religiose deum colere, tantam habere deuotionem, ut per dies uitæ meæ maiorem nunquam uiderim: Cōtra uero tantam uidi impudentiam in discolis ac uiuendi licentiam, contra quam ecclesia mandat & obseruat, ut Bucero & sibi similib. ecclesiæ præcepta, ieiunia, & ceremonias uilipendentibus, maxime æquari uideantur: nisi forte de se melius sentiant & credēdis, quàm Bucerus eum cohorte sua.

CONFVTATIO ECKII.

Non possum ergo adduci, ut Catholicus noster Imp. uerba præfata contra Papam dixerit: sed sint ficta à Bucero, qui ex proprio loquitur, & amaro corde in Se. Ap. Quod ut uerum sit, audiamus Responsum suæ Maieſtatis, in quo nihil huiusmodi contemptus reperitur.

Responſum Imp. ad principes catholicos.

**I**mp. Maieſtas, Clementiſſ. Dominus noſter, reſponſionem Electorum, principum, ſtatuum, & legatorum, eorum principum, qui abſunt, pertinentē ad cauſas religionis, & ad librum eis à ſua Maieſtate oblatum, probe intellexit. Sperauerat autem ſua Maieſtas, Electores, principes, ac reliquos ſtatus, poſt q̄ ſa tu longo tempore librum habuerunt, ac eum procul dubio examinarunt, aliquanto explicatiuſ ac clariuſ expoſituros ſuam ſententiam. Porro quia ſemel in ea ſententia, quam obtulerunt Imp. Maieſtati, obfirmarunt animos, ne officio ſuo deeſſe ſua Maieſtas cuiquam uideri poſſit, nihil ipſa intermiſſuram ſe offert in hac re, quod quidem ſuam Maieſtatem decet. Tradere itaque librum Legato pontificio parata eſt, ac cum eo communicare, quo de huius etiam ſententia fieri certior poſſit. &c.

Vt ergo Imp. Maieſtas acta colloquii expendenda tradidiſſet legato Romano, Gaſpari Contareno, S. R. E. Cardinali, uero quidem ætate, eruditione, & moribus grauiffimo, & reuerendo: Is per literas reſpondit.

Reſponſum Legati.

**N**OS Gaspar, miseratione diuina, Tituli Sancti Appollinaris S. Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Contarenus, Sanctissimi Domini nostri Papæ: & sanctæ sedis Apostolicæ, in partibus Germaniæ, de latere legatus. Requisiti à Cæs. Maiestate, suo, ac Reuerendiss. & Illustriss. Principi sacri Romani imperii, nomine, quid nobis uideatur de his, quæ in negotio religionis tractata sunt, inter collocutores catholicorum & protestantium, a Cæs. sua Maiestate deputatorum, & scriptis mandata, in quodam libro, exhibito eis à præfata Maiestate, cum quibusdã apostillis utriusq; partis, nec non in quibusdã quinternionibus Protestantium: dicimus, quod omnib. bene discussis & consideratis, nobis uidetur: Cũ Protestantes in nonnullis articulis discedant à cõmuni consensu Ecclesiæ Catholicæ, in quibus tamen non desperamus, aliquando ipsos quoq; Deo bene iuuante, nobiscũ consensuros, nihil amplius de reliquis omnibus statuendum, sed remittenda esse Summo pontifici, & Apostolicæ sedi, qui uel in concilio generali, cuius celebratio non multo post fiet, uel modo alio magis oportuno, si res ita exegerit, ea poterit iuxta Catholicã ueritatẽ diffinire, nec non habita rerum et temporum ratione, statuere, quæ uidebuntur fore expedientia Reipub. Christianæ, & huic inelytæ nationi Germanicæ.

Gasparus, Cardinalis Contarenus,  
Legatus Apostolicæ sedis.



CONFVTATIO ECKII

**L**egatus uir optimus & rerum ecclesiasticarum  
impense peritus interea uocat Archiepiscopos et  
episcopos omnes, ac paterne eos adhortatur no-  
mine S. D. N. ut honestatem ac religionem seruent in  
Cōtarem. diocæsibus suis secundum canonum sanctiones & de-  
Legat. creta patrum ac conciliorum: quod magna fecit miti-  
ritate, ut est integerrimus: magna uerborum copia, ut  
est eloquentissimus: argumentis efficacibus, ut est pru-  
dentissimus. at quia noluit approbare errores aduer-  
sariorū, in eū quid dirius scripserit fertur Melanchthō:  
qui etsi suapte natura sit mitissimi ingenii, patitur  
tamē se seduci & exasperari, ut suos quoq; prodat acu-  
leos. Mordet uirum inculpatissimum quoq; hic Butzer  
et suo mucore aspergit: Etsi diu placet, contendit in-  
missimis uerbis apud sectas esse consensum totius Ec-  
clesiæ, & non apud Catholicos ac Romanam ecclesiā:  
hoc agit tanta impudentia, ac in ambus cauillis & so-  
phismatibus, ut indignum sit ut nugis suis respondeat  
tur: cū multa uerbositate arrogat sectis doctrinæ pu-  
ritatem, sacramentorum religionē, ac ceremoniarum  
pietatem: quæ omnia uana, falsa, et à ueritate aliena,  
tota nouit Germania: et manifestum fecimus in repur-  
gandis Luteranorum scriptis. Itaq; omissis nemis Buccer-  
ranis (nam cum benedicere nescit, semper pergit Ponti-  
fici Maximo, Legato honoratissimo, ac Catholicis ma-  
ledicere) ad acta comitiorum reuertamur. Et cū Bucer  
queratur se nō habuisse ad manū exhortationē pietissimē  
mi D. Legati, quia hodie fortuito dū hæc scriberem ue-  
nit

nit in manus meas, uolo eam hic reponere, ut omnes  
pii agnoscant uere Christianum animum D. Legati.

Exhortatio Reuerendiss. patris Se. Ap. lega  
ti ad Archiepiscopos & Episcopos  
Germaniæ. 13. Iulij.

**R**euerendissimi & Illustriss. Domini: Cum heri A persona  
Reuerendissimæ & Illustriss. dominationes ue nostra.

stræ ad nos uenissent, ac nos quædã illis exposu  
issemus, quæ nobis ad reformationẽ Christianam face  
re in primis uidebantur, petierũt illæ, ut ea, quæ à no  
bis dicta fuerũt scriptis mandare, eorumq; exemplar  
Reuerendissimis & Illustriss. dominationibus sus tra  
dere uellemus, ut ea cõmodius uisere et perpẽdere pos  
sent. Quare nos ut eis satisfaceremus, quod heri dixi  
se nobis uisi sumus, hic q̃ potuimus breuiter scripsimus.

Illud primum, quod in Domino hortamur, & mone  
mus Reuerendissimas & Illustriss. Dominationes ue  
stras, pertinet ad uniuscuiusq; nostrum uitam & ui  
uendi rationem, in qua danda est omnis opera, ut Deo  
optimo placeamus, & fideles dispensatores inuenia  
mur, ac legitimi dominici gregis pastores. Vitabimus  
ergo primum scandalum omne, ne scilicet populus pos  
sit uel leuiter suspicari, esse nos ullis uoluptatibus ad  
dictos, aut auaritiæ, aut ambitioni, uitandus est etiam  
luxus omnis, in epulis, in domus apparatu, uestibus, cœ  
terisque omnibus, quæ solent laicos & uniuersum po  
pulum multum scandalizare.

Secundum pertinet ad familiam, ex cuius moribus si A familia.

CONFVTATIO ECKII

Christiani & boni fuerint, populus ædificatur: si utro mali fuerint, multum offenditur, & facile coniecturam facit, morem Episcopi, ex moribus familiae, idcirco ut copiose admonet Bernardus in libro de consideratione, ad Eugenium Pont. Max. maxima est adhibenda cura prælato cuicumque, in comparanda sibi honesta familia, & in seruanda ab omni mala labe, & suspitione, imò instituenda ut ex familiarium nostrorum conuersatione, populus instruat & ædificetur.

Cura pastoralis.

Tertium, pertinet ad curam gregis nobis commissi, ad quam maxime putamus pertinere, ut episcopi habitent in locis frequentioribus suarum diocesium, ubi facile cauere poterunt, & præuidere, si quid labis huius quæ grassatur per Germaniam, obrepserit, & confestim in tempore remedium adhibere.

Proderit etiam habere fidos exploratores in locis alijs, ubi episcopi non habitant, ut per eos certiores fieri possint, si qua fraude aduersarius noster eos tentauerit, ac confestim queant providere & mederi: uisitare etiam dioceses frequenter, multum proderit, quo more uti solent Imperatores in urbibus obsessis, & oppugnatis ab hostibus: curare etiam ut cultus diuinus uigeat in ecclesijs nostris, & beneficia à nobis conferantur uiris probis & idoneis.

Quartum pertinet ad dispensationem facultatum & reddituum episcopaliū, ex qua magna comparatur inuidia apud populum, si uiderit episcopū sumptus magnos facere in luxu & apparatu domus & familiae,

pauperes uero negligi, ideo uitandi sunt oēs sumptus huiusmodi, & pauperes quæ maxime fouēdi sunt, in eorumque necessitatibus maxima utendum est largitate: hæc enim ratione & deum faciemus nobis propitium (nam foeneratur domino, qui miseretur pauperis, ut inquit Salomon) & populum nobis beneuolum. maximi momenti est hæc facultatum nostrarum dispensatio.

Quintum pertinet ad disciplinam & institutionem populi, comparandi sunt concionatores seu prædicatores, uiri probi, & docti, qui possint uerbo & exemplo docere bonos mores, & orthodoxam doctrinam, qui non sint contentiosi, neque insectatores aduersariorum, adeo ut uideantur odisse, sed potius amare & optare eis bona, ac præsertim eorum salutem, nam acris insectatio eos irritat, & magis pertinaces facit, neque ædificat populum.

Sextum pertinet ad institutionem iuuentutis in literis & disciplinis, qua in re uidemus protestantes nihil prætermittere, sed omnem lapidem mouere, ut in suis gymnasiis habeant uiros doctos, & illustres, quorum fama imitatur iuuentus germanica, & præsertim nobiles ad eorum gymnasia, ubi imbuuntur simul cum literis etiam doctrinam protestantium, qua corrumpuntur ipsi, ac deinde per omnem Germaniam disperse alios quoque inficiunt. Idcirco danda est omnis opera, ut apud catholicos instituatur scholæ, & gymnasia, cõducatur doctores Catholici uere docti in bonis literis & disciplinis, qui sint celebres, ut eorum fama alliciatur

iuuen

CONFVTATIO ECKII

iuuentus, & nobiles ad nostra gymnasia ubique bonis literis & orthodoxa doctrina imbuantur, ab episcopis etiam admoneantur parētes, ne uelint liberos suos institui, in gymnasiis, in quibus orthodoxa fides non uiget, praesertim cum habuerint scholas orthodoxas paratas.

Haec uolumus Dominationibus Vestris Reuerendissimis & Illustrissimis proponere, ut capita quaedam generalia, quibus multa particularia addi possunt, pro cuiusque prudentia, ut pareamus S. D. N. Pont. maximo, qui nobis mandauit, ut eas hortaremur ad Christianae reformationem, simulque ut fungeremur officio personae, quam gerimus, Legati inquam sedis apostolicae, ad quam pertinet cura omnium ecclesiarum, ac etiam ut satisfaceremus charitati fraternae, & illi necessitudini, quam compluribus de causis, sentimus nobis esse cum hac nobilissima & inclita uestra natione.

Hanc exhortationem esse piam, et catholicam, nemo honestatis amans negare poterit, utcumque calumniatur Bucerus. Habito autem pontificii legati responso inuictissimus Caesar noster CAROLVS, coram ordinibus imperii, proponi fecit subsequentem deliberationem, pro parando recessu Comiciorum.

Sententia Imp. de deliberando super recessu Comiciorum.

**I**mp. Maiestas, dominus noster clementiss. iuxta sententiam & consilium Electorum, Principum, & Statuum Imperii, quaecumque inter collocutores acta sunt, legato pontificio communicauit, deque his  
le-

legati, sententiam rogauit, hanc denique causam, simili  
 liter & reformationem, ut illa quamprimum (sicut ea  
 summe necessaria est, & in prioribus comitiis sæpe po-  
 stulata) institui possit, summa diligentia eidem legato  
 commendauit. Ad quæ ambo legatus respondit binis  
 scriptis, quid ei faciendū uideatur: quæ scripta Imp.  
 Maiestas statibus hic offert.

Postq̄ autem sua Maiestas in hac causa religionis, 2  
 quantam omnino potuit, diligentiam adhibuit, nec ta-  
 men existimare potest, ut hisce comitiis quicquam am-  
 plius agi & effici queat, præsertim cum Legatus pon-  
 tificius ea, quæ scriptis eius continentur, responderit:  
 deinde quia ob hanc causam multum iam temporis ef-  
 fluxit, licet nihil sit effectum, ut cuique sua Maiestas  
 plurimum & laboris & molestiæ insumperit: uisum  
 est ei, statibus sententiam suam, & deliberationem,  
 quæ ad recessum, & summarium decretum horum co-  
 mitiorum conferre possit, exponere. Ea uero sic habet.

Consyderatis laboribus, & diligētia, longo iam tem- 3  
 pore multifariam adhibitis ad causas religionis com-  
 ponendas, ne ea causa religionis denuo in controuer-  
 siam trahatur, ut etiam caueantur, & auertantur ul-  
 teriora incommoda, & ut quàm minimum dissidii re-  
 linquatur, ut etiam posthac auxilio Dei omnipotentis  
 ad omnimodam concordiam articulorum, qui adhuc in  
 controuersia supersunt, eo facilius perueniri possit, ni-  
 detur Imper. Maiest. deliberandum esse, an consultum  
 sit, ut saluo quidem recessu Augustano, articuli, de  
 qui-

## CONFUTATIO ECKII

quibus inter collocutores utriusque partis conuenire recipiantur tanquam Christiani, nec amplius in disputationem reuocentur, idque saltem usque ad concilium generale, penes quod sit ulterior examinatio illorum, & aliorum id genus articulorum, id quod etiam Legato pontificio uideatur, ut illius scripta satis testantur dummodo, ut legatus pollicetur, et certiores eos faciat primo quoque tempore habeatur concilium, aut tantisper dum per alias uias legitimas, cum consensu statuum, rationes alie suscipiantur, quibus expediri tandem hoc negotium possit.

4 Præterea, an consultum uideatur, si uel concilii celebrandi spes nulla sit (quod tamen ut habeatur, necessario religionis rationes efflagitant) uel id tardius quam conuenit, congregetur, ut tunc alius conuentus statuum imperii indicatur, in quo de religionis causis agatur quo tandem commode ad salutarem finem perducantur omnia.

5 Qua in re Imperator Maiestas, quantum ad se attinet nihil intermissuram se pollicetur. Estque in ea sententia, ut quamprimum fieri potest, in Germaniam iterum auxilio Dei omnipotentis, redire uelit, atque ea præstare, quæ digna sunt Imperatore Christiano, quæque huius officium requirit. Proposuit denique sua Maiestas, se daturam operam, ut in propria persona conueniat iam pontificem Romanum, ut certe ab illo cognoscat, quid nam de Concilio sperandum sit.

## Confutatio additionis Bucericæ super propositione per Cæsarē facta.

Quia Bucerus post hanc propositionem diui Cæsaris, adiecit friuole multa ex malcuolo & deprauato animo suo, quibus pro consuetudine sua iniuriatur ecclesie, iniuriatur Ro. pontifici ac Principib. cathol. solum ut simplicibus imponat & laicos à uera religione abducatur: obiter respondebo maledicentiæ suæ.

Adulatur imprimis Cæsari & Cæsarianis: nam uerum est animum Cæsaris paterne affici Germaniæ in causa religionis: At quod Bucer aut alius prædicator Lutheranus ex animo bene uelit suæ Maiestati, fieri nõ potest, qui iam à tot annis declamarunt ad populum, Turcam potius ferendum, si eos permitteret in eorum suscepta religione, quàm Cæsarem. Deinde nemo exci-  
tauit maiorem inobedientiam in Imperio, quàm peruersi isti prædicatores, laicis ubiq; instillando, ne formident Cæsaris potentiam, suos protectores numero & potentia præcellere catholicis. Et in Comiciis Augustanis inter alia peruersa dogmata Lutheri, etiam sequentes signaui articulos diuo Augusto Carolo, à Deo coronato iniurios. 1. Cæsar ac Principes manifestis agunt mendaciis, & simul contraria inuulgāt mandata. 2. Pœnitet quòd me submissi Cæsari Vuormaciæ, iudices patiendo doctrinæ meæ: licet nõ profuerit apud tyrannos. 3. Turca decies est prudentior quàm princio Luter conpes nostri. 4. Nullum est pulchrius ius sæculare, quàm tra Cæsarē apud Turcam, qui non habet ius canonicum uel ciuile.



CONFUTATIO ECKII

5. Vocatus Vuormaciam sum ingressus, etiam si scirem mihi fidem publicam à Cæsare uiolatam. 6. Deus dedit principes seculares in reprobum sensum, & uult eis finē imponere, sicut ecclesiasticis domicellis. 7. Subditi nec possunt nec uolunt nec debent tyrannidem nostram diutius ferre: Alibi quoque innocentissimū Imperium nostrum appellat saccum tarmorum. Tanto honore sicut Augustale caput.

2 Odiosius dein proscindit Romanam ecclesiam, quam Imperator compertas habeat Romanas disciplinae & artem: Non arbitror diuum Cæsarem tam perperam sentire de ecclesia Romana, sicut Bucerū & alios, qui ab obedientia Romana recesserunt et defecerunt. Hoc cōtra concilium. experitur Cæsar & compertum habet, Bucerum & suæ farinae homines, nolle acceptare Concilium generale, sicut hactenus in ecclesia solitum fuit congregari: sed omni studio illud contempserunt, omnibus comitiis, ledoriis, & irrisionibus conspurcarunt, tam Mantuæ indictum, quàm Vincentiæ translatum: Non enim ex animo quærunct concilium, sed uelut Arriani fecerunt procurantes conciliabula Arimini, Sirmii, Nicaeæ, Thraciæ, Antiochiæ, Philippolis, & ut Sossomachus testatur, Arrianos decem & plura habuisse concilia. si milia quærit Bucerus cum suis, nullum legitimum suscepturus concilium, sicut nec Marcolphus arborem in qua suspenderet. De quo plura inferius.

3 Integerrimum quoque D. Legatum, à tota Germania uenerabiliter susceptum, Gasparum Contararium sicut

sicut & Reuerendum patrem D. Iohannem Morum  
Mutinen. episcopum, patres profecto Reuerendissimos,  
acerari exempli, qui non nisi maximam laudem Se. Ap.  
fecerunt. Utinam, & utinam præcedentes legati et nun-  
cii apostolici sic præcauissent scandalum pusillorum,  
uelut hi prudentissimi uiri. Tamen integritas legati  
non potuit transire, quin carbone Bucerico notaretur  
quod remoras iniiceret, & impedimenta conciliatio-  
nis ecclesiarum & reformationis. Cum omnes qui no-  
uerunt Contarenum, sciunt eum paratum etiam san-  
guinem impendere, nõ pro ficta aut erronea, sed catho-  
lica conciliatione.

Virulentius est quod postea expuit in eundem oppi-  
do uenerandum patrem D. legatum: Cæsarem ui-  
dere se tantum ludificari à Roma: quia non sit nisi lus  
dibrium Christi, Ecclesiæ & Imperatoriæ Maiestatis,  
quod legatus tam grauius à Cæsare appellatus de re  
formatione instituenda, ipse admonuerit conuocatos  
communium oratione de luxu & pompa & studiis resti-  
tuendis. At quid aliud faceret uir probatissimus, quam  
quod archiepiscopos & episcopos cum clero stimularet  
ad uirtutes, absterreret à uicijs, ut secundum sacros ca-  
nones uitam & normam uiuendi instituerent in clero  
subiecto, hæreses Luderanas ac Zuinglii extirparent,  
ut liquido in responso suo exprimitur.

Causatur homo maledicus, maxime in præsentia ob-  
stitisse Cæsari legati responsum, ne reformationis ini-  
cium faceret (mordet interea proceres imperii impe-  
dien

interdum  
conuocati  
interdum

Legati Cō-  
tarrem pi<sup>9</sup>  
animum.

tab non  
q. quibus  
m. m. m.

Legatus ca-  
tholicus.

CONFUTATIO ECKII

Lutherani  
impediunt  
Cæsarem.

dientes conatus Cæsaris) qui omnem religionis causam ad pontificem pertinere respondit. Quomodo ista similia transfiliit à reformatione ad religionem? Sed Cæphas etiam prophetat: cum enim Bucerus cum suis contopere dissidet in religione ab ecclesia catholica: illi maximum exhibent negocium Cæsari & obstaculum ut prosequi & expedire nequeat quæ pro catholico proprio animo suo uellet & cuperet expedire: cum tantam uidet eorum obstinationem ac pertinaciam, quod ad eis habetur contemptui, exteris forte freti & confisus auxiliis: unde nobilissimos principes Catholicos, mucosus iste sinistre sugillat, quod in iudicio fidei, sicut oportebat Romanæ Ecclesiæ omnium ecclesiarum magistræ detulerunt.

6  
Secularib.  
Bucer dat  
ecclesiæ po  
testatem.

Pergit calumniari Bucerus. Imperator & Principes religiosi uident iam pridem, quid à Roma expectari possit: ipsos facit summos populi DEI pastores, qui cunctis malefacientibus terrori esse debent, sicut Deus omnem animam ipsis subiectam esse uoluit, & ab ipsis rationem pereuntium animarum, reposcet: Quis hic non uidet maliciam Buceri, qui (sicut omnes alii Lutherani prædicatores) dum eis commodum est asserunt potestatem Ecclesiasticam diuersam à sæculari: Dum uero libet abuti, omnia confundunt & miscent, citioram etiam pastorem sæcularibus principibus tribuentes.

7  
Collocuto  
res.

Collaudat porro Cæsaris consilium, de articulis per collocutores conciliatis, ut hi recipiantur: ac si instum esset tot principes Illustrissimos, tot Reuerendissimos  
epi

episcopos pendere à duorum hominum iudicio, qui nunquam professi sunt Theologiam, nunquam his tractatibus interfuerunt: & quot errores liber propositus in se habeat, ab initio clarissime ostendimus: nec principes catholici aliter consenserunt in has personas, nisi quòd de omnibus actis eis fieret relatio: & relatione facta nunquam approbauerunt, quæ illi perperam contra totius ecclesiæ consuetudinem, aduersariis concesserunt.

Sed stupeo totus, cum uideo Bucerum non pudeferi 8  
dum ita aperte & propalam mentitur (parce pie Lector, quòd durius uerbum excidit) & mendacis manifestis suas hæreses tueri conatur: Et id non in priuato, sed edito libro, & calcographorum opera mille exemplaribus euulgatis toti orbi se prodit: adeo ut suis quoque hic displiceat Bucerus, & quamuis ab initio satis detexerim uanitatem hominis, ut uix duo articuli possint dici Ratisbonæ nere conciliati: Euarremus tamen eius catalogum, ut falso hic proponit de articulis in quibus conuenerit inter collocutores.

1. De uiribus humanis, ante & post regenerationem. (nem.)
2. De peccato originali.
3. De iustificatione.
4. De regeneratione hominis.
5. De ui spiritus sancti regenerantis.
6. De fide.
7. De gratia Dei & merito Christi.
8. De bonis operibus, eorum pretio & mercede.

PRO CATHOLICIS

9. De ecclesia & notis eius.
10. De uanis & falsis ecclesie membris.
11. De canonicis scripturis & earum authoritate.
12. De iudicio ecclesie & conciliorum.
13. De uirtute, & usu Sacramentorum.
14. De poenitentia.
15. De ministerio ecclesie et ministrorum autoritate.
16. De traditionibus ecclesiasticis.
17. De sanctorum memoriis & reliquiis.
18. De imaginibus.
19. De missa, quod in externo opere non oportet  
fidere.
20. Missa celebrari non debeat, nisi sint, qui spiri-  
tualiter cum sacerdote communicent.
21. De integro Sacramento populo impertiendo.
22. De ecclesie disciplina quo ad clerum.
23. De disciplina ecclesie, quo ad populum.
24. De Canonica electione, ordinatione ministrorum.
25. De uisitatione.
26. De synodis.

Confer rogo amice lector hæc portenta uerborum  
ad librum communem collocutorib. & inuenies quam  
multos articulos Anaxagoras confuderit: de quibus  
in colloquio nunquam ex proposito fuit actum: Inueniet  
plures articulos quos ipse dicit conciliatos, per Bu-  
gerum & suos deputatos collocutores fuisse reiectos,  
nam addito scripto, quid ipsi sentiret aduersus ecclesiam

uelut illa scripta protestantium supra confutauit: In primis tamen mersefero ad discussionem libro oblato præpositam, in qua euidenter monstraui, uix duos articulos concordatos, super quibus prius dissentiebamus.

Pergit Bucer maledicere principibus catholicis & eorum consiliariis, quia uere Cæsar testatus sit (male informatus) multos et præcipuos articulos religionis nostræ conciliatos esse: Sed uane, alii quidem suis principibus suggererunt, de paucis articulis conuenisse, & his de quibus conuenisse haud multum interfit, & eos qui in controuersia manserunt maiori esse momenti. Cōprobat maledicentiam suam, quia re ipsa in dissen- Impietates sione hæsit, de transsubstantiatione, de enumeratione Buceri, peccatorum, de Missa sine communicantibus, utilitate precum pro defunctis: sed non es memor Ardelio nugacissime, quod nolebatis Eucharistiam adorandam: Es oblitus quòd negastis eucharistiam seruandam, & impie perstitistis in ea sententia, quod Eucharistia non esset sacramentum nisi in usu. Excidit memoria, Articuli quod impias ordinationes sacerdotum uestrorum de- notabilio- fendebatis, quos uos camino more sine episcopo, sine res, chrysmate præsumitis. consecrare: parum tibi uide- tur, quod conciliorum auctoritatem infirmatis, dicen- tes ea errare & errasse: uos autem sanctuli errare non potestis. Dic uitupero, ubi conciliatus est arti- culus de sacrificio missæ pro uiuis & mortuis? Dic ubi conciliatus articulus de inuocatione sanctorum?

PRO CATHOLICIS

Dic ubi conuenit de missa priuata abroganda, quod esset extinguere omnia beneficia simplicia & canonicalia in ecclesijs cathedralibus & collegiatis: dic & fortiter para te ad mentiendum, ubi est conciliatus articulus de uotis monasticis, quo omnia monasteria tam uirorum quam uirginum uestalium omnes ordines professionum extinguitis: Et quod maxime cuperes cum alijs tuis carnalibus, & militibus ueneris, ubi est conciliatus articulus de coelibatu cleri? Vbi conuentum de satisfactionibus, de Hierarchy ordine ecclesie, de autoritate ecclesie, de imaginibus: super quib<sup>9</sup> si esset conuentum, restitueretis imagines Argentinæ, Augustæ, Constantiæ, & alijs locis. Monstra tamen ubi conuentum sit de utraque specie eucharistiæ laycis danda. Hi inquam articuli potiores & maioris momenti minime sunt reconciliati, ut iuste & uere catholici principes sunt conquesti: quos tu iniuste reprehendis minus nugacissimus. Vtinam amabilis Deo Imp. super illis omnibus recte fuisset informatus, & sensisset dolos uestros & pessimos constans contra sanctâ religionem. At iam ab initio confutauimus insignem Buceri lapsum de articulis conciliatis: Ideo uanissime iactat & insidiose, quanta bona peruentura sint ad ecclesiâ, si articuli conciliati recipiantur, id est, si ecclesia fiat cum hæreticis hæretica, sicut & in correctione libri & confutatione articulorum protestantium superius abun- de docuimus & euidenter probauimus.

At manifeste hic dolus aduersariorum proditur; cur iam tribus annis tam anxie colloquium petierunt, ut si aliquos articulos lucrarentur, quo apud simplicem populum exclamarent, suam doctrinam esse sanam, quam etiam Romanenses probassent post longam reluctationem: laus Deo qui Diuum Cæsarem spiritu ueritatis confirmauit, ut in propositione ordinibus imperii facta adderet, saluo quidem Augustano recessu, an consultum sit articulos conciliatos recipi? neque moratur me falsa glossa Buceris, quæ textum corrumpit: eius est interpretari, cuius est condere. Dini itaque Imperatoris est uerba sua explicare, quod officium insigni temeritate sibi Bucerus usurpat. Laus Deo qui animis principum inspirauit, ne articulos quos falso reconciliatos appellat, reciperent, sed diuino nutu eos reiecerent, & fraudulentum aduersariorum intentum frangeretur: Nam constat Bucerum cum ignobili Sturmio ex Galliis fugitiuo, sæpe et multum tentasse, continuo accessu & colloquio, quendam corrumpere, ut corruptis glossematibus subdolam concordiam & fictam cum ecclesia inirent. Qua de re non clam est, quorum opera effectum sit, ut is diuo Cæsari obtruderetur, uelut concordatori: cuius mentem iam pridem Bucer perspexerat, & flexu uerborum incautum deceperat: at Deus Opt. Max. noluit permittere, ut catholicis principibus his dolis imponeret. Audiamus ergo responsa principum super propositione Cæsariana.



PRO CATHOLICIS.

Responsum Principum Electorum Catholicorum datum ad propositionem Diui Caesaris super recessu faciendo.

**V**T Imp. Maiestas Clementissimus dominus noster, acta uniuersa eorum, qui ad colloquiū deputati fuerant, Legato pontificio communicauit, ad cognoscendam eius de actis illis sententiam, unā cum responso, quod idem Legatus dedit, & alia, quæ ad faciendam comitiorum conclusionem & decretum pertinent, Principes Electores, & absentium legati, qua decet, submissione, ex facta benigno iussu Maiestatis eius narratione, cognouerunt.

Principio bene memores sunt Electores, fidelis ac indefessæ diligentia, quam aliquot iam annis Imp. Maiestas ex paterna & clementiss. beneuolentia erga germanicam nationem, adhibuit, ut dissensio in religione ad Christianam concordiam, & conciliationem redigeretur, ac in Imperio pax, & tranquillitas constitueretur, ac conseruaretur, pro quo fideli studio, ac operâ Electores præsentis, absentiumque legati Imp. Maiestati humillime gratias habent, parati semper, et etiam ipsa, gratos se declarare.

Expenderunt autem diligenter Electores, scripturam Imp. Maiest. ante omnia uero, quātum quidem ad controversias in religione tractatas à collocutoribus atinet, deliberarunt apud se certo consilio, utile ac bonum esse, atque adeo sibi placere fatentur, ut articuli, qui à collocutorib. conciliati sunt, tanquam boni recti

piantur, ulteriorque de illis exquisitio ad liberum & Christianum concilium differatur, uel ad nationalem synodum legitime cōgregatam: aut si neutrum horum sit sperandum, ad uenturum conuentum imperii. sperant autem id ualde utile fore, ad alia etiam incommoda ac dissidia præcauēda, profuturum denique ad conciliandos reliquos articulos, qui adhuc in controuersia sunt. Adhæc si spes aliqua fuerit, conciliandi præterea articulos aliquot nondum conciliatos, rogant humillime Electores, horumque absentium legati, Imp. Maieſt. dispicere ipsa uelit de medijs & uis conciliandis tales. Cæterum, si fuerit impossibile, talia conficere isto tempore, rogant Electores, horumque absentium legati cū omni subiectione Imp. Ma., ut ipsa iuxta promissionem ab ea factam, & pro qua humilime gratias agunt, uelit apud summum pontificem instare diligentissime, ut ad examinandum, & conciliandum, tum commemoratos, tum cæteros etiam articulos, liberum & Christianum concilium quàm celerrime indicat, in loco aliquo commodo Germanicæ nationis, idque sine omni dilatione habendum curet.

Responsum principum & ordinum catholicorum sub obedientia Se. Ap. & Romanæ sedis permanentium, super eadem propositione  
Diui Cæsaris.

**C**Atholici principes ac status, quantum per temporis breuitatem licuit, expenderunt scriptum,  
P. iiii. recens-

PRO CATHOLICIS.

recenter ipsis ab Imper. Maiest. oblatum, unã cum resolutione pontificii legati. Probe uero memoria repetit, Imper. Maiest. & in aliis comitiis, & in presentibus mirificum laborem ac studium semper adhibuisse, ut religionis controuersia cõponerentur, ac de reformatione Christiana cogitaretur, de qua uoluntate catholici principes, & status suæ Maiestati humillime, & cum omni subiectione, gratias agunt.

2 Quia uero Imperat. Maiestas significauit, se intra paucos dies hinc discessuram, non uidetur esse necessarium, ut Status superuacaneis ac prolixioribus scriptis aut disputationibus suæ Maiestati sint molesti, tum uel eam, uel seipos diutius remorentur, sed in hoc potius incumbendum, ut Christiane tandem finis huic negotio imponatur: ita tamen, ut tantisper, dum id fit, Imperat. Maiestas adsit. Quod ut faciat, humillime roganda est.

3 Ut autem ad Imperat. Maiestatis scriptum respondeatur. In initio fatentur status, sibi compertum esse, quod in Germania, & aliis nationibus, imò in toto prope orbe Christiano, non pauci abusus, sectæ, hæereses, & schismata passim obtinuerunt, quæ omnia sine generali concilio extirpari, aut emendari nequaquam poterunt.

Fatentur etiam status catholici, non decere se, ut immutatione aliquam religionis, ceremoniarum, aut rituum (quæ per aliquot centenos annos durarunt, partim etiam consiliis sunt instituta) uel consentiant, uel mu

ta

tari talia permittant: eo quòd summus pontifex per suum legatum sese offert ad celebrandum concilium intra breue tempus, uelitq; hac de re Imper. Maiestas in propria persona colloqui cum summo pontifice. Quod propositum pontificis statibus catholicis, supplicent eidem Pontifici, ut, omni amota procrastinatione, Christianam & generale concilium indicat, inditumque haberi curet in loco aliquo commodo Germanicæ nationis, quo sic multarum animarum perditio præcaueatur.

Porro si negotiis secularibus impediti potentatus 4 Christiani in propria persona uenire ipsi ad concilium non possent, nihilominus tamen ut concilium procedat, summus pontifex dare operam debet, simulque apud potentatus, qui in concilio comparare non poterunt, diligentissime instare, ut hi suo nomine, & loco, eruditos, probos, & idoneos, plena cum potestate Commissarios mittant, ut semel Christianitas ipsa in formam & uitam uere Christianam restituatur, errores extirpentur, Dei denique ira & plagæ imminentes auertantur.

Quod si huiusmodi generale Conciliū nõ impetratū 5 fuerit (quod tamen status catholici, confisi promissis summi pontificis & Imperat. Maiestatis, minime fore putant) etiam atq; etiã orant status, ut summus pontifex & Imper. Maiestas dare uelint operam, ut saltẽ in Germania nationale concilium habeatur. Jam si nec ipsa ratio habendæ nationalis synodi summo pontifici

PRO CATHOLICIS.

Et Cæsareæ Maiestati placuerit, rogant status, ut iuxta id, quod sua Maiestas facturam se Et curaturâ recepit, sine omni dilatione, in imperium Germanicæ nationis uenire uelit, atque conuocatis statibus, denuo tentare, ut errores extirpentur, ac omnia, quæ prauè intellecta Et accepta sunt, Christiane discutiantur. Atque istæ uix solæ restant, quibus salutem Christianorum consuli poterit, adeo ut nisi aliqua istarum in- eatur, magis atque magis in se diuidetur Germanicæ natio, eiusdem gloria, honor, Et opes interibunt, at- que id genus plurima incommoda ad uicinas etiam na- tiones pertingent.

6 Secundo, Catholici status decreuerunt apud se, quod auxilio Dei, cōstanter adherere uelint nostræ ueteri religioni Et ueræ fidei, quemadmodum hæc in sacris euangelis, conciliis, statutis, Et ordinationibus chri- stianæ Et catholicæ Ecclesiæ, ac doctrina sanctorum patrum, ab Apostolorum tempore, usque ad hodiernum diem, mansit, Et obseruata est.

7 Præterea recessus, ordinationes, Et mandata per Imp. Maiestatem, Et status catholicos, præcipue uero decreta Augustani conuentus, in quæ tamen cōmuni- ter à statibus consensus est, sequi, Et his parere firmi- ter in animum induxerunt, indubitato sperâtes, quod reliqui status omnes, qui in Augustanum recessum con- senserunt, eidemque sigillis etiam suis appensis, sub- scripserunt, promissis insuper auxiliis Imp. Maiestati, paulo post Ratisbonæ iterum ratam habuerunt sub- scri-

Aug. recessus.

scriptionem Augustæ factam. Et tandem Haganoæ tertio Electores & principes, qui istic in propria persona fuerunt, eundem Augustanum recessum denuo approbarunt, seruandumque receperunt, adeo ut sese obtulerint collocutores de defensione si quid tentaretur aduersus recessum Augustanum, quemadmodum in decretis eorum comitiorum, & scriptis in illis exhibitis continetur. maxime uero inherendum Augustano recessui Principes censent, & adeo nullo modo recedendum: cum Imp. Maieft. & in eisdem comitiis, et hic, cum in prima sua propositione, tum formula deliberationis de recessu hic constituendo, eundem recessum Augustanum, ipsa quoque saluum manere se uelle declarauerit.

Tertio, cum Imp. Maieft. ex singulari proculdubio cle 8  
mētia proponit, suæ Maieft. uideri, articulos, in quibus inter collocutores conuenit, & qui cōciliati sunt, sine ulteriori discussione, usque ad conciliū, recipiendos esse & approbandos, &c. Respondent Status, se in hoc nullo pacto consensuros, neque enim id uideri consultū ob sequentes causas. Primum namque à collocutoribus propositi sunt articuli aliquot, minime necessarii, superuacanei, & de quibus nulla fuit antehac controversia, nec hodie est. Vt sunt primus, secundus, tertius & quartus. Absurdum igitur uideri, ut articuli nunquam controuersi cōciliantur, præterea, quartus articulus, de peccato originali, nō hic est cōciliatus, sed Vnor matie, alia tamē forma, quæ nunc est in scripto oblato, propo-

PRO CATHOLICIS.

propositus. Secundo maximopere necessarium erit, ut ab utraque parte demum eligantur, qui nouo colloquio & disputatione excutiant omnia. Extant enim uerba in scripto commemorato, quæ non sunt consentanea consuetudini ecclesiæ, & formis loquendi à patribus usitatis, adhæc insunt scripto dogmata quædam minime admittenda, quæ partim obliteranda sunt, partim mitiganda, & in aliam formam redigenda, præstitur itaque negotium istud mensibus adhuc aliquot differri. Tertio, hi articuli solum conciliati sunt, qui non maioris momenti sunt, & de quibus inter doctos non maior antehac fuit controuersia, qui denique non tam periculosam offensionem apud plebem uulgo excitarent, quam alii nondum conciliati. Et quia præcipui articuli atque adeo ii, quibus Christiana fides nititur, ut est articulus de uenerando sacramento ueri corporis & sanguinis Christi, de adoratione & reseruatione eiusdem, communionem sacramenti sub utraque specie, confessione, pœnitentia & satisfactione. &c. hi nimirum non solum non conciliati sunt, sed à protestantibus uehementissime impugnati, adeo ut de his nulla conciliatio speranda sit. Quinimo collocutores catholice partis plusculum, quam decebat, in his concesserunt protestantibus, ita ut quæ admissa sunt ab illis, emendatione & declaratione habeant opus.

Quarto, quoniam si reciperentur articuli conciliati, multis modis posset imminui existimatio summi pontificis, Imper. Maiest. & statuum catholicorum, hincque  
om-

omnes, ne se hoc nomine uariis obtreccionibus exponant, periculum erit. Videtur catholicis statibus consultius, & melius esse, ut suo loco scriptum collocutorum relinquatur, & omnia negotia ad religionē pertinētia differantur, ad concilium uel generale, uel nationale, uel saltem ad conuentum omnium statuum imperii, quemadmodum etiam pontificii legati resolutio consulit, nimirum ut ista omnia ad concilium summi pontificis reiciantur.

Correctio eorum, quæ Bucer adiecit responso Electorum Reuerendiss. ac Illustrissimorum Electorum.

**P**ost responsum, Bucer etiā contaminat illud, pro suo & suorum complicum sententia, summarium faciens tribus notulis, quarum nulla in responso sic continetur, sed ipse ex infecta mente sua addidit de proprio, & sic mendacium loquitur, ait Christus.

Nam prima notula habet. Electores uiderūt nec politicam retineri posse in imperio, nisi de religione consensus constituatur: at primo hoc electores non sic dixerunt: sed diuo Imp. gratias agunt, qui diligentiam adhibuit, ut dissensio in religione ad cordiam redigeretur, ac in imperio pax constitueretur: Illa autē sunt longe diuersa à notula mucoris.

Dein totam Luteranorum ac Zuinglianorū sententiam, quam ab initio tam feruenter petierunt, subuertit s. Vt liberum esset culibet de fide sentire pro ut cōscientia eum dirigeret: nihilominus imperio & impetiebant.



PRO CATHOLICIS

ratori ac aliis superioribus exhiberent obedientiam, fidelitatem &c. iam aliter sentit Bucer, pacem non posse conseruari in imperio, nisi sit concordia religionum. Quod etiam posset conuinci falsum, sed non prosequor, quia Electores hoc non dixerunt.

2 Altera notula Buceri. Electores uiderint non statim posse conuenire, de omnibus controuersis religionis nostrae, maxime uero de externis ritibus & obseruationibus. Adiuro te lector, si quicquam minimo uerbo attigerunt Electores de hac notula, an non sit purum putum somnium Bucericum, quod in causa fidei non debuit facere.

3 Tertia est, articulos conciliatos eiusmodi esse, ut et  
 Articuli re conciliati facilius recipi ab omnibus, qui non plane abhorreant  
 faciles. à Christo domino, queant. Et nec hoc habet respon-  
 sum Electorum, sed id dumtaxat deliberarunt, ut ar-  
 ticuli, qui à collocutoribus conciliati sunt, tanquam  
 boni recipiantur, ac ulterior inquisitio ad concilium  
 Christianum differatur, etiam quod longe distat à  
 Buceri intelligentia. Quid si ego hic certius obiicerem  
 Bucero: Ex quinque Electoribus, duos minime consensisse  
 se in articulos praesumptae reconciliationis, Reueren-  
 tissimum scilicet & in fide constantissimum Cardi-  
 nalem Moguntinum Albrechtum Marchionem Bran-  
 Moguntin. deburgensis, & Reuerendissimi archiepiscopi Treuer-  
 rensis, et Electoris Iohannis Ludonici oratores. At hic  
 multa praemo alto pectore. Vnum tamé plane obicit  
 Bucero, qui tam gnatonice adulatur Electoribus, quia  
 sint

sunt Germanici imperii columna, & primi post imperatoriam Maiestatem patres patriæ: dicat mihi, cur Electores quinque concordibus uotis aduersus Luderum Augustæ concludentes, nõ simili plausu, magnificis titulis adornastis Ludderanicæ Deum quantũ fellis & odii in te est aduersus nomẽ Romanũ, ut etiã Diui Imp. ac Imperii honorem minuas, Imperiũ Germanicũ dicens non Romanum: cum Summus pontifex, omnes reges Christianitatis, Gloriosissimum Cæsarem nostrum, hoc dignentur titulo, ut Imperator sit Romanorum. Hinc Thomas Vuolsius ex postulatit contra Philippum Beroldum, eo quod in commentariis Apulci de asino aureo scripserat Maximilianum Cæsarem, Imperatorem Germanorum, ac si non haberet dignitatem in Principes, Comites, Potentatus & ciuitates transalpinas Lombardia, Ethruriae &c.

Alia per Bucerum adiecta responso  
Electorum.

**P**lacet prosequi magis Buceri: quia cum semel ueritati nunciũ remisit, strenue in officio cepto perstat, & nobis plaustra mendaciorũ adfert. De articulis enim conciliatis (sua sententiã) ait: Nemo qui ullum sensum Christi habet, poterit illis cõtradicere: nos uero contra cũ ecclesia catholica, cũ quatuor pontificibus reiciendi. Rom. uicarius Christi Leone. x. Hadriano 6. Clem. 7. Et Paulo 3. dānamus & anathematizamus articulos Buceri, & cũ doctissimis academiis Parrhisiens. Louaniens. & Coloniensi prorsus iudicamus erroneos; sed uios

PRO CATHOLICIS

Et iuos, hereticos, & à ueritate Christiana alienos.

Articuli non conti-  
nēt omnia.

At quàm perfrictæ frontis sit, ex eoliquet, quod ali non pudet scribere: Articuli illi continent in se omnia quæ ad salutē sunt necessaria: Nam totam doctrinam Christi in necessariis, Sacramentorum & omnium ceremoniarum uerum usum, denique cleri & plebis ueram disciplinam hi articuli conciliati complectuntur.

At quis non abhominetur tantam menticendi libidinem? si omnia complectuntur ad salutem & doctrinam Christi necessaria, cur ergo Bucerus cum suis addidit tot scripta correctiua libri in II. scriptis. Si omnia continent necessaria, cur Melanchton (ita enim ei tribuis) in responsione ficta pro protestantibus inseruit titulum. In conciliatis articulis adnotata aut omissa. Cur tu innocentem papyrum. II. Foliorum maculasti cum Epicurismo tuo, ad subuertendum uerum Christianismum? Cur tu qui ordinem approbatum, quem uoueras, reliquisti, & dimissa regulari uita reformata, cum uxore Loth retro respexisti, contra iussum domini posita manu ad aratrum respexisti retro ad carnales mundi uoluptates, infirmius uasculum muliebri, uirginem Deo sacratam monachâ tecum ad hyemenæum seducens. Et tamen ausus fuisti Catholico Imp. ultra articulos conciliatos, post tantam deformationem & lapsum, offerre reformationem abusuuum ecclesiasticorum.

Non moror alias eius nugas, sed maliciam eius non possum præterire, cum Electores inquisitionem ulterius

orem articulorum conciliatorum, differendam consulerunt ad liberum & Christianum concilium, Bucer addidit uenenum de suo, & in comodo Germaniæ loco, cum dixerint Germanicæ nationis comodo.

Prohibitus Bucer à domino, Principi populi tui non Exo. 22 maledices. Et iterum, Diis non detrahes, hoc est, in sublimi protestate constitutis, Ipse impuro ore, supremum Christianitatis caput (ut omnes hæretici ab apostolo Excusaturum tempore facere sunt soliti) petulanti lingua inces Pontifex sit. Qui ignorat, inquit, ut pontifex non nisi suis cupiditatibus & tyrannidi obnoxia concilia ferat? atque ideo iniquis illa tantum locis, temporibus, & conditionibus, indicere soleat? Hæc tamen, quæ licet tam iniquis, ac per omnia suæ libidini accommodatis rationibus indixerit, celebrare, sed tempus perpetuo extrahere, & demum nullo prætextu reuocare soleat, ut nuper concilium indictum reuocauit. Non sufficio mirari, cur non pudeat eum mendaciorum: sed ut propheta ait: Frons meretricis facta est tibi, & noluisti Concilia erubescere. Totus mundus nouit, Bucerum hic contumeliam facere Paulo. III. Pontifici Max. qui Concilium Hier. 3. quidem Mantuæ apud sacri Romani Imperii Principem, sanguinis necessitudine cum multis principibus Germaniæ coniunctum, liberrime indixit, sine omni molesta conditione. Qua causâ autem Illustriss. Dux Dux Man. Mantuæ reiecerit à se Concilium, non est meum iudicare, modo ne Papæ imputetur: coactus ergo Concilium non reuocauit, sed transtulit Vincentiam, domi-

PRO CATHOLICIS

mi Veneti oppidum præclarum: ubi dum initio adesse non posset, quod tantæ ætatis princeps, per altissimam Apennini iuga in maximo æstu se Nicæam contulit.

Papa cum ad pacem inter potentissimos Christianitatis principes, Imp. & Re- pes, diuum CAROLVM. V. Imp. & Franciscum ge Franco- Francorum regem conciliandam: Interea tamen pro rum. pastorali suo officio tres ex S. R. E. Cardinalibus Vinentiam misit, pro Concilii inchoatione: at nemine comparente, & Augustiss. Ro. Imp. CAROLO, ac Rege Ro. Ferdinando, Galliæ quoque Rege Christianissimo, petentibus ex Genua, bullam prorogationis Concilii usque ad pascha anni 1538. publicauit.

Ludderamini Quid in his omnibus peccauit Pontifex? ubi refugit concilium. Concilium? Quin uos potius, indicto Concilio, omni conatu, illud impedire conati estis, Pontificem, & Concilium multis iniuriis afficiendo, ut edita scripta testantur: & declinastis ex friuolis causis concilium. Ludder scripsit, quod nullo egeat concilio. Vos ergo Sectarii refugistis generale Concilium, non pontifex. Vos ut omnium ætatum hæretici, conciliabulum quaeritis, ubi locus & personæ uestre perfidiæ accommodarentur, ubi Bucerus præsideret, uel Hofander, aut noster aliquis. At DEVS tuebitur ecclesiam suam sanctam, & fidem catholicam.

At uenenum tandem expuit sanctulus ille Bucerus, qui tam ardentem simulat se querere concordiam & unionem charitatis in omnibus ecclesiis: nam sic dolose et fraudulenter prætextum illum, suis iniquis consiliis

Et hæresibus adponit: at quam concordia quærat, hic Bucer prodit: cum Germanis consulit, ut plenum schisma fa suadet ciant, ecclesiæ Romanæ ualedicant, sibiipsis consulēt, uniuersa imò consulentem Christum audiant Et sequantur: ac le schis- si Christus consulat Et loquatur per apostatā, secta- ma Ger- rium, nuper Zuingliamum, Et infelicitèr incestuo- mania, sum, cuius consilio Germania se præscindat ab ecclesia Catholica Et uniuersali: non impetrabit hoc, Deo ca- tholicos principes dirigente.

Correctio eorum quæ Bucer temere effutiuit contra responsum Prin- cipum Catholicorum.

**A** B initio Bucer ut negligentem Lectorem fal- lat, tria facit: primo protestatur se ista scribe- re non animo lædendi principes, sed satisfaci- endi causa muneri suo, Et testari de optima uolunta- te Christi. Secundo proponit aliqua se non proba- re in hoc responso principum, quia nõ dubitet, nec illa probari Christo domino. Tertio ait tam ipsis princi- pib. quàm paucis suggestoribus hoc imputare, qui stu- dio teneantur eorū quæ hæc caro expetere solet. Ape Protesta- riamus dolos uul peculæ. Nam primo si fuisset in scho- tio buce- lisiure consultorum, didicisset, protestatione non rele- ri non re- uare, cui ipso facto contrauenitur, ut est textus ac leuat. doct. in c. cum M. de constit. in c. Cumana de electi. Bar. in l. non solum. s. morte. ff. de no. op. nunc Et c. In nullo Quare cum protestatur se nolle lædere principes, Et protesta- tamè continue eis iniuriatur: frustra aut iactat officium tie.

Qui. suum

PRO CATHOLICIS

suum: quis enim hoc ei iniunxit, ut scriberet in principis: uanius est quod iactat uoluntatem Christi, cum magis studuerit adulari sectariis suis, & uoluntati eorum morem gerere, quam obsequi uoluntati Christi, quem dudum reliquit.

- 2 Secundo nimis arroganter reiicit responsum principum, quia non dubitat aliqua non probari à Christo. Bucerana non placet Christo Dico eum adeo immersum hæresibus, ut pertinaciter affirmet ea placere Christo, quæ maxime pugnant contra saluatorem nostrum. Et in hoc ego minime dubitè & fidenter pronuncio, habens pro me consensum non modo Catholicorum principum, sed & Catholicæ ecclesiæ autoritatem Conciliorum & sanctorum patrum, edictum gloriosiss. Imp. nostri Vuormacien. Recessum Ma. sue Augustæ: Cū tu Bucere non habes pro Patroni Buceri. te, nisi patriarchas hæreticorum, Hussum, Luderum, Vuiclephum, Pickardos, Vualden. & similia monstrata.
- 3 Tertio mirum est, quod adeo perfrictæ frontis sis, & non erubescas imponere catholicis, qui studio teneantur eorum, quæ hæc caro expetit: cum totus mundus sciat, uos teneri huiusmodi carnali studio: & ideo contra uota & fidem præstitam ducitis moniales & monachas pro uxoribus, ieiunia, horas canonicas, officia cultus diuini, quadragesimam, confessionem & similia omnia respuitis, ut plus Epicurei uideamini quàm Christiani, plus discipuli Iouiniani & Nicolai diaconi, quàm sanctorum patrum. Gal. 5. Non didicerunt hoc à Paulo, qui Galatibus scripsit: Vos in libertatem uocati estis fratres

tantum ne libertatem detis in occasionem carnis. Non didicerunt hoc à Petro, qui scripsit: Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes maliciæ libertatem, sed sicut serui Dei. An non S. Petrus in spiritu præuidit Bucorum & cætum illius, quando prædixit: Venient in nouissimis temporibus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes. Digeramus ergo in puncta, quæ Olibrius iste in Catholicos principes temere ac procaciter effutiuit.

## Punctum . I.

**Æ** Gre fert Bucer, quod principes religiosissimi ab initio se catholicos nominarunt: at cur id non facerent, qui Sedi Apostol. adhaerent, ac catholice ecclesie iuncti sunt: qui conciliis generalibus, & sanctis doctoribus obediunt: qui eam sequuntur Christianam religionem, quam Germania ab hominibus Dei accepit, Sanctis, Materno, Lucio, Firmiano, Menrado, Kiliano Florentio, Gallo, Ruperto, Corbiniano, Vuilibaldo, Maximiliano, Magno, Narcisso, & aliis à Deo electis, & tot centenis annis obseruauit. Hi merito se catholicos nominant, qui diuo Cæsari nostro ac Catholico regi adhaeserunt in edicto Vuormacien. ac recessu Augustano, qui auorum & proauorum fidem firmissime tenent, nõ degeneres filii. Bucerus affirmat eum facere iniuriam Christo & ecclesie eius, qui eum uel hereticum, uel schismaticum iudicet: at sanum si in hoc dabo consilium, abiuret & relinquat errores Vigilantii, Iouiniani, Berengarii, Albigensum, Piccar

Principes  
Ro. obedi-  
entia ca-  
tholici.

Bucer quam  
do non ha-  
reticus.



PRO CATHOLICIS

dorum, Zuinglii, Hussi, & similium, & repudiata monacha redeat ad unitatem sanctæ ecclesiæ Dei, nemo eum uel hæreticum uel schismaticum accusaturus est.

Punctum. II.

Commendat principes, quod diuo Cæsari gratias agunt pro studio concordie in negotio fidei: at mox deponit aculeum in principes: optandum inquit, ut hoc studium sic gratum haberent, ut ueris animis & rationibus adiuuarent. Si adimit principibus catholicis, ac si Cæsarem non parati essent adiuuare: iniuriatur nobilissimis principibus, qui optant ex animo Christianam concordiam: At quod conuincere debeant, aut consentire erroribus à CCC. annis, octingentis, Mille annis damnatis, ipsi in fide stabiles, non sunt unquam admissuri. Verum uero consonat: non falso, aut errori.

Punctum. III.

Extollit uiam à Diuo Imp. propositam in Comitiis: merito hoc facit, quia non parum iuuat autorem libri suæ Maiestati obtrusi: unde sæpe Lutherismum redolet, ut in examine libri aperuimus: Quod si gloriosiss. Imperator fuisset recte de libro, & contentis in eo informatus, procul dubio ipsum pro catholico animo suo reiecisset: at cum liber iste tantum placeat Bucero, cur passus est eum in tot articulis impugnari à suis condeputatis, ut scripta oblata indicant. De Episcopis in quos dentem acuit Bucer, dicturi sumus posterioribus.

Liber obtrusus Imp.

## Punctum.III.

**C**Atholici principes fatentur in orbe Christiano inualuisse plures abusus, sectas, hæreses: hoc arripit pro se Bucerus, inferens, ergo principes & maxime episcopi, debebant his malis remedia quæ Malum rere, aut quæ offerebantur certissima, amplecti. Is est consilium conatus schismaticorum, ut omnes in suas sectas per- consulto trahant. Vetus est uerbum: Medicina non debet esse ri pessi- nocentior morbo: ut Bucer cum suis pro abusus uult num. substituere sectas, hæreses & schismata. Rectius prin- cipes catholici Imperiali celsitudini indicarunt proba- tissimum extirpandarum hæresum ac abusuum reme- dium, & antidotum efficacissimum, s. generalis concilii celebrationem: Ita sancti patres, deo amabiles pontifis- ces & episcopi, ac gloriosissimi Imperatores & reges Christiani, a concilio Nicæno usque ad Constantiam, sancte ac salubriter obseruarunt.

## Punctum.V.

**A**gre fert Bucer, quod principes catholici me- minerunt sectarum, & hæresum, quia forte in suos sit tortum: quod si ita uidebatur Epis- copis, debebant eos conuincere erroris. Verum cum in Arrio & aliis hæreticis tanta fuerit semper obstina- tio mentis & pertinacia, ut etiam uicti, non cederent: Hæreticū uicti, no- lunt cede- re. sicut nec Nouatus Cypriano & Cornelio: Nec Pella- gius & Donatus Augustino: Nec Eutyces Leoni, nec Heluidius, Vigilantius, Iouinianus beato Hieronymo, Nec Marcion Tertulliano, aut Valentinus Ireneo: Q.iii. sed

PRO CATHOLICIS

sed in suo sensu abundantes, etiam uicti, in hæresibus permanserunt immobiles: Id quod apostoli experti sunt in Hebione, Cherinto, Simone mago, Menandro,

Apo. 2. Nicolao diacono, & S. Paulus Hymeneum & Alexan-

1. Tim. 1 drum ærarium sathanae tradidit, quia circa fidem naufragauerunt. Ideo nemo miretur, Luderanos, Zuim-  
glijanos, Parabaptistas, Suermeros toties uictos scri-  
ptis & disputationibus: noluerunt tamen se agnosce-

Pertinacia re uictos, sed pertinaciores & duriores semper recesserunt, sicut Iannes & Mambres restiterunt Moysi.

1. Tim. 3 ita hi resistunt ueritati. Ut omnis labor eos instruendi uanus sit & cassus: quid enim profecit S. Stephanus

Act. 6. disputando cum Iudæis? Quid Paulus? Quid coelestis

Act. 17. sapientia CHRISTVS cum Phariseis disputan-

do? Ideo recte monuit Chrysostomus: Audi homo fidelis, qui contra hæreticum libenter contendis: Si Pharisæi placati sunt, & in certando contra hæreticum potes eum placare, si eum uiceris: Si autem Pharisæi

Disputare uicti quidem sunt à CHRISTO, placati autem non sunt, quomodo tu poteris eos placare cum uiceris? Nun-  
cum hære- ticus. quid CHRISTO fortior es, ut quos ille non plac-

Math. 22. uit, tu places? Et prudenter monuit Origenes: Proprium est Saduceorum, uel omnium, qui mendacii sunt doctores, obmutescere quidem, non autem tacere: nam etsi obmutescunt quantum ad rem, non tamen tacent. Ideo recte egit gloriosissimus Imp. noster CAROLVS à DEO coronatus, & uormaciæ: qui noluit in articulis iam pridem damnatis, Lutetiam ad disputan-  
dum

dum admittere, prædecessoris sui Marciani Augusti  
 secutus uestigia, qui in Codice constituit: Iniuriam fa- L. nemo C.  
 cit iudicio Reuerendissimæ Synodi, si quis semel iudica de sententiis  
 ta ac recte disposita, reuoluere & publice disputare tri. & fid.  
 contenderit. Vnde non defuerunt Reuerendissimi cath.  
 episcopi, qui potuissent diuersariis monstrasse iter sa-  
 lutis, non solum ex ordinibus imperii sed & alii quo-  
 que pro uera fide zelantes, ut D. Reuerendissimus pa-  
 ter Franciscus ex Comitibus de Frangipanibus, Co- Agriensis  
 locen. & Agrien. Reuerendissimus P. Antonius episcopus Hungarus.  
 pus Atrebaten. Ioh. episcopus Mutinen. cum aliis: Ve Attrebat.  
 rum frustra fuisset Deo amabiliū Archiepiscoporum, Burgūdu  
 & Episcoporum labor, quoniam Paulus nō conuincen Morus lig.  
 dos docuit hæreticos, sed uitādos. Expertus est id Re Tit. 3  
 uerendissimus pater Cardinalis Contarenus Se. Ap. Contare-  
 Legatus, uir eruditione ac integritate uitæ, omnibus nus.  
 modis summus: quem unicū Sacrarum literarum cogni-  
 tione omnibus schismaticis opponimus: at nihil promo-  
 uit apud peruicaces & obduratos istos suis adhorta-  
 tionibus & admonitionibus piissimis: Sicut nec do- Prou. 18.  
 Etiss. Card. Caietanus. Timendum est, quod peruene-  
 rint in profundum malorum: Ideo omnem catholicam  
 instructionem contemnunt.

## Punctum. VI.

**C**atholicæ principes suggesserunt Cæsareæ Ma-  
 iestati non decere, ut consentiant in mutationē  
 religionis, ceremoniarum, aut rituum, qui ali-  
 quot centenis annis durauerunt, & partim à sacris  
 conci-

PRO CATHOLICIS

conciliis sunt instituti. Christianissimum hoc principum uorum, & desiderium carpit uenenata lingua Bucerus, & suggestoribus tribuit, qui uiciorum suorum correctionem effugere uelint: Verum non agimus hic de uiciis personarum, sed de ueritate fidei, quam fœdissimos Lutheranos sine doturpauerunt, tota Germania nouit porcos illos clericus disso Epicureos, ut etiam layci uestri querantur nullam apud Lutus uos inueniri uitam Euangelicam, abstinentiam, castitatem, ieiunia, deuotas preces, uigilias, charitatem, sobrietatem, humilitatem, uitam exemplarem, & alia, quibus contrarium in toto uestro clero mundus experitur, ut supra ostendi.

At quod uasre Bucerus uenit, ritus & ceremonias non debere mutari, sed uicia, & corruptelas quæ in hac inuasermnt, mutari uolebat, & quæ in his impie demutata sunt & mutilata sunt. Hic Bucere tibi, & corruptoribus tuis respondeo, neminem post Hussum tot uicia intulisse ritibus ecclesiæ, sicut Luterus & Zuinglius: Nos catholicos arguere non debes, neque uero potes, per nos mutilata multa in ritibus: cum nos ardenti furore clamatis ad populares, nos nimium addidisse: quam parum ergo tibi, quam parum tuis constas, qui tam imprudenter accusas nos mutationis, & mutilationis.

Correcti Hortaris ergo, ut corruptelæ illæ nouiter inuectæ, Luderani, & citius & seuerius corrigantur: Dico abusum, uicia, sed non & impietates uestras correxit pro pastoralis officio emendati. LEO. X. Papa se. re. & post eum Adrianus. VI. Cle

Clemens VII. & modo Paulus III. sed filii Belial nolunt sanari aut emendari. Corrigere uoluit Carolus Caro. Imp. V. Imp. religiosiss. Pius Felix Augustus, & Vuormacia, et Augusta, ac deinde Ratisponæ: at apud incorrigibiles, nihil potuit piissimus princeps proficere. Cum ergo nemo plures corruptiones in Ecclesiasticos ritus inuexerit, quàm uos Ludderani & Zuingliani, qui medicinam correctionis non admittitis: cur ergo tam temere succenses catholicis principibus?

## Punctum. VII.

**E**Xtra chorum saltat Bucer, solum ut maledictiæ suæ satisfaciat: & aceruum iniuriarum & conuictorum effundit in catholicos, de Simonia, Peccata claustrorum, cura nimia negotiorum secularium in clerico, luxu, pompa, mala administratione sacramentorum & ceremoniarum &c. Duo dixerim Bucero. Vnum, omnibus bonis ista displicere: sed in hoc regno cælorum sunt uirgines prudentes & fatuæ, in hac Math. 25. area triticum & palea, usquequo ueniet, qui uentilabrum habebit in manu sua: in hac sagena Ecclesiæ Math. 13. sunt pisces boni & mali, in agro dominico triticum crescit & zizania: Si tam innocens est Bucerus cum suis iugatis, iaciat prior lapidem in nocentes: Omnes boiob. 2. ni gement suspiriis, ut fiat reformatio, sed per uiros bonos, & religiosos, non per apostatam schismaticum. Alterum etiam audi Bucere, quæ hic offundis Reuerendis simis Archiepiscopis & Episcopis, an non iure possent tibi obicere acriora crimina, blasphemias, impietates,  
he

PRO CATHOLICIS

Nu. 16.

hæreses, & schismata: si pergis dicere quæ uis, audies quæ non uis. Nam calumniæ illæ nihil faciunt ad Catholicorum Principum responsum: qui si factiosos filios Chore & Dathan persequuntur, profecto bene faciunt, & meliori nota indulgentiam peccatorum à CHRISTO consequuntur, quàm quando tuus sanguinarius Luder dedit indulgentias principibus & nobilitati, si quando rusticos occiderent, transfoderent, & mactarent: quos ipse impia sua doctrina in seditionem, tumultum, rebellionem, ac bellum seruile excitauerat.

Principes  
petunt Cœci-  
lium à Papa.

Punctum. VIII.

**C**Atholici Principes, ut germani filii ecclesiæ catholicæ, ac obediens Se. Ap. & Ecclesiæ Romanæ, hanc fidei controuersiam nuper exortam, ad cœcilium reiecerunt, supplicantes pontifici Romano, ut citius generale concilium indicat: sicut Imp. recepit id se à Pontifice efflagitaturum: hic insanit Bucerius & totus furit cœtra principes & consiliarios eorū, quòd tam indignum obiiciant argumentum: quia Pontifex sit habiturus concilium, ideo nō debeat iam imiri ratio reformandi ecclesias, dum Imperator & principes alii uolunt recipi articulos conciliatos. At ab initio Buceri. **Dolus** **Buceri.** **ri** detexi impium dolum tuum et funestam practicam tuam, qua fraudulenter aliquos articulos erroneos impetrare uoluisti ab incautis, & sic Diuum Imp. catholicum fallere uoluisti uolubilitate uerborum: qua arte decipiendi & circumueniendi semper usi sunt erga  
PRIM

Principes uiros patriarchæ tui hæretici ueteres, Arrius, Macedonius, Ursatius, Valens, Nestorius, Diosco Luteranus & alii. Quæ enim fraude imponere niteris Cæsa dissidēt abris sacro capiti & Principibus religiosissimis cum articulis tuis conciliatis: Cum scripta per uos in colloquio exhibita, in præcipuis articulis fidei catholicæ manifeste testentur discordiam & dissensionem uestrā à catholica ecclesia & libro: absq; eo, quòd siluisti ad multos articulos libri, quos tota Germania nouit uos non recipere, sed abhominari: Speras ne homo impudens præcelsum Imp. ac catholicos principes mendacius tuis uinculari, ut credant articulos conciliatos, in quibus *ἡ ἀπαρτία* à ueritate, à fide, ab ecclesia, & à nobis dissideris: at uanam tuam iactantiam ab initio manifeste conuici, & idem feci supra post confutationem articulorum falsorum per uos oblatorum. Prodi si audes, & articulos ementite conciliatos, demuo proponas, ut catholicis principibus imponas.

## Punctum. IX.

Catholicis Principes rogarunt diuum Cæsarem, ut si generale Concilium impetrari non possit, nec ratio habēdæ nationalis synodi summo pontifici & Cæsareæ Maiestati placuerit, ut sine dilatione, in imperium & Germaniā redire uelit: & conuo Proponatis statibus tentet, ut errores extirpētur. Et hic stochachatur Bucerus, aculeo innocentem pungens pontificem, horrentem & fugientem concilium cum superioribus. annis indicto concilio Mantua, & mox translato



PRO CATHOLICIS

Luderani Vincentiam, non repertus sit ex omnibus Christianis, qui magis fugerit concilium quam uos Luderani: Et constanter ego affirmo, quando cumque coactum fuerit Oecumenicum & Catholicum conciliū, Bucer, Luter, Hosander, Blarer &c. nequaquam comparebunt. Mordet etiam principes, quod in congregandis conciliis auctoritatem pontificiam et imperatoriam coniunxerunt, quod indignum sit simplicitate Germanica: nam cum ipsi ab obedientia se. ap. exciderint, uellent omnes principes discedere à se. ap. & ab ecclesia Romana, et ab uniuerso orbe Christiano, prophetae altare foras constituentes: cum nouem tribus & dimidia agere tulerint altare ab aliis constructum, solum memoriale non quo sacrificia DEO offerrentur. In summa, hoc agit Bucer, ut Pontificem & principes Ecclesie excluderet à concilio substitutis suis apostatis, uotifragis.

Iosu, 22.

At quæ inquit est Bucerus piissimis Principibus meis catholicis, dum hoc rogant Imp. quod ipse obtulit & recepit se facturum, s. ut celebretur uel generale concilium, uel nationale: quod si impetrari non possit, Senatus imperii conuocetur. Indignatur Bucer, quid hoc ludant circulo: At non uult Bucer ordinariam uiam tentari: cum omni aetate suborientibus hæresibus,

Concilium semper uisum est sanctis patribus, non foelicius illis semper con posse extirpari, quam generalis concilii iudicio. Quod tra hære- si DEVS nobis iratus, concilium generale celebrari les. non permetteret: proximum remedium prisce ecclesie est nationale concilium: sicut hæresis Felicianæ tra

tra imagines crucifixi et sanctorum exorta, nationali Concilio Germanorum fuit damnata Franckfordiæ ad Mænum, præfidentibus tamen ibi, (etiam si rum-patur Bucer) pontificiis legatis & apocrisariis, Theophilacto & Stephano Episcopis.

## Punctum. X.

**C**Atholici principes deliberarunt firmiter ad hæsuos ueteri religioni, sicut illa ab apostolorum tempore, per Concilia & patres usque ad hodiernum diem mansit. Contra hoc christianissimum principum propositum, cum momus nihil habeat quod dicat: ut tamen molestus sit optimis principibus, antiquam recinit cantilenam de abusibus & delictis aliorum, non memor uerborum Christi. Necesse est ut scandala ueniant: sed cur Bucerus alienum seruum in dicat, qui domino suo cadit aut stat: Ve erit illi per quem scandala ueniunt: festucam uidet in oculo proximo, & negligit trabem in oculo proprio. Immiscet tamen quæ uellet obseruari à catholicis principibus, uidelicet, ut sacramenta non administrantur, nisi in lingua à populo intellecta: Item, quod nullus sceleratus admittatur ad missas uel celebrandas uel audien-  
 das. profecto si hoc facerent principes, Bucerum nul-  
 latenus admissuri sunt ad Missam. Item, quod in missis sacramenta administrantur: quia sui delicatuli sacerdotes nolunt celebrare, nisi habeant communicantes. Item quod utrunque Sacramentum præbeatur plebi petenti. Mirum quomodo mutatus sit Bucerus,  
 qui

Mat. 18  
 Ro. 14.  
 Luc. 6.  
 Articuli  
 Bucii

PRO CATHOLICIS

Marpurgi  
sectarii.

qui tot annis laycos utraque specie Sacramenti priuauit, Zuingliano more pistorium panem pro corpore Christi tradidit, ut tota nouit Argentina, & palam Zuinglianissimum Bernæ defendit, atque cum Zuinglio, Oecolampadio & Capitone restitit Marpurgi Ludero, Melanchtoni & Ionæ: adeo ut recedentes su per articulo de ueritate corporis & sanguinis domini nostri IESU Christi, non potuerunt concordari. Item ut monachis, sacerdotibus & monialibus matrimonia permittant. Inuehitur denuo in consultores principum, & recurrit Vipera ad abusus: felices exclamat ecclesias, si illis uetus religio restituatur, sicut ipsi nõ

Vetus eccle  
sia Bucii.

aliud quærant aut moliantur. Vides ueterem, existimat religionem illam Hussicam, Uiclephicam, Picardicam, Berengarianam, Iouinianam, Vigilantianam, Felicianam, tam infœlicibus ac damnatis monstris natam.

Punctum. XI.

Augustensis  
recessus.

Catholici principes in memoriam reuocarunt Imperatori Recessus, ordinationes, ac mandata Maiestatis suæ cum statibus catholicis: & præcipue recessum Augusten. in quem communiter statuti consenserunt, & appensis sigillis suis subscripserunt, pronussis etiam auxiliis Maiestati suæ: Confirmatus fuit recessus ille Ratisponæ per Imperialem celsitudinem ac status imperii Anno gratiæ 1532. & tandem etiam Haganoe Anno 1540. Principes qui istic in propria persona fuerunt eundem approbarunt cum serenissimo principe Ferdinando Romanorum, Hungariæ &

Et Bohemiarum rege: quare firmiter præfatis recessibus  
 Et mandatis inherere decreuerint: potissimum cum  
 imperialis Maiestas in propositione facta in his Comi-  
 ciis, eundem recessum Augustanum saluum manere  
 se uelle declarauerit.

Cum ista Catholicorum propositio apud omnes cor-  
 datos Et pios catholicos nõ possit nõ honestissima cense-  
 ri, ubi manifeste se stabiles Et firmos in fide declaraue-  
 runt, ut nõ sint iam paruuli fluctuantes, qui circumfe-  
 rantur, ut Paulus præcipit, omni uento doctrinæ, in Eph. 4.  
 nequicia hominum, in astutia Bucerana ad circumuen-  
 tionem erroris: Tamen contra principes arcuato uul-  
 nere insurgit scorpium, Et catholicum catholicorum  
 responsum uenenata carpit lingua: præterit autem  
 edictum Vuormaciense anno 1521. editum, Et alia  
 mandata Augustissimi Imp. nostri: Et Augusten. in-  
 sectatur recessum, quia ibi salubriter constituta per  
 Episcopos et principes non obseruatur, quæ dinumerat  
 per digitos. 1. contra sacerdotes inhoneste conuersan-  
 tes. 2. concubinarios. 3. layce uestitos. 4. contra blas-  
 phemos. 5. compotantes ad æquales haustus. 6. con-  
 tra luxum uestium. 7. contra nimios sumptus. 8. con-  
 tra usuras Et fraudes cõmerciorum: lamentatur Episcopi Faciētes cõ-  
 sopolos Et principes ista non obseruare, sed subditos tri tra recess-  
 bus periculose ( aptum seditioni uerbum ) premere, sum Augu.  
 sceneratoribus omnia patefacere.

At quis hæc legens nõ perspicit uertiginosum caput  
 Buceri: nam Cæsareæ Maiestas sententiam proposuit

PRO CATHOLICIS

de in eundo consensu religionis: & de religione respon-  
derunt principes, quia uelint adherere recessui Augu-  
stano. Ineptus Sophista Bucer obiicit de moribus &  
uiciis hominum, ac si Luterani & Bucerani Layci non  
quotidie peccarēt contra præcepta & mandata DEI  
in uia morum, alioquin sanctuli non orarent quotidie.  
Et dimitte nobis debita nostra. nam enumeratis octo  
articulis, nullum profert de religione, qui tam multi  
sunt in eodem recessu. fateor, principes bene facerent,  
si salubriter constituta in moribus obseruari curarēt.  
An non & decalogum custodire præceptum est, in  
quem quotidie peccatur cum prouocatione iræ diu-  
inæ: & quisque Bucerana legerit, uidet eum articulos  
suxisse nõ ex recessu Augustano, cui firmiter se adha-  
suros principes promittunt: sed ex alio decreto Cæ-  
saris extra recessum de ordinatione & reformatione  
bonæ politiæ in Imperio Romano.

Adgreditur durus censor Bucer etiam recessum Ra-  
tisponens. quasi nouus Mercurius à DEO missus, ut  
omnia pro libidine sua taxet & reprehendat, quia  
illic sancitum sit, Cæsare non obtinente indictionem  
concilii à pontifice, in alio conuentu imperii de religio-  
nis consensu constitueretur: Iam Pontifex, ( ait ) ut  
ante sæpe, fidem fefellit.

An non in mentem tibi uenit catholice lector, quod  
Psal. 49. David de calumniatore dixit: Os tuum abundauit ne-  
quicia, & lingua tua coccinabat dolos. Sic temere &  
falso criminari summum sacerdotem Christi, uniuersa  
sæ-

salis ecclesie presidem, ut Luder suus sex rationibus Ludder.  
 insolubilibus probauit suo iudicio: nonne hoc est ho-  
 minis flagitiosi & maledici? Bella enim Augustiss.  
 Caesaris in Africa aduersus infideles, Et in prouincia  
 contra potentiss. Gallorum Regem, concilio remoram  
 fecerunt: nec tamē apostolicus pontifex fefellit quen- Pro papa.  
 quam, sed concilium cœcumenicum indixit, & omnia  
 fecit quæ concilii felicem progressum promouerent.  
 quis impediuerit, paulò superius dixi: Ne tamē deesset  
 paterna clementia, transtulit Concilium Vincentiam:  
 ubi etiam nihil eorum omisit, quæ ad continuationem  
 concilii facerent, ut Luderanis dicere possit, Popule Ioh. 3.  
 meus, quid ultra debui facere tibi & non feci? Vos fui-  
 stis primi, qui detractastis uenire ad concilium: quia  
 omnis qui male agit, odit lucem, et non uenit ad lucem  
 ut non arguantur opera eius.

## Punctum. XII.

**C**Atholici principes meminerunt recessum Augu-  
 sten. sigillis principum subscriptum & roboratum:  
 Bucer mox iudicat hoc in eos tortum, qui eidem  
 decreto subscripserunt, & postea ab eo declinauerunt. Pacta sigil-  
 Pacta seruabo ait prætor: et magna fuit ueterū prim lata ser-  
 cipū Germaniæ constātia, ut fideliter custodirēt, quæ uare,  
 sigillis suis roborauerāt. Frigida est & inanis Buceri  
 palliatio, quod principū sit mutare ea quæ iniquitate  
 temporū irrepserūt: aut errore recepta sunt cum lege  
 dei, et uera religione pugnātia. Hæc Bucerus ex felleo  
 perfido, ac schismatico animo euomuit, notās recepta

PRO CATHOLICIS

Oblatio Ec-  
kii contra  
Zuinglian-  
nas.

ab ecclesia catholica, quæ in recessu Augustano contentur, pugnare cum uera religione. Cum hoc uere de suis Hussicis & Pickardicis damnatis erroribus ac corruptis dogmatibus, diceret: Ego sub periculo capitis mei offero me gloriosissimo Imperatori nostro Carolo & catholicis statibus, omnia me defensurum in negotio fidei recessu Augustano contenta; aduersus Bucerum ac omnes Suermeros sibi adherentes, concionatores tam Luderanos quam Zuinglianos, uel coram sacro concilio generali, uel statibus imperii, aut Theologiæ celeberrimarum academiarum, Parrhisi, Salamini, Compluti, Louanii & Patauii: Agite quotquot estis, contra unum insurgite Eckium. an adiutorio Dei non de uobis omnibus ueritas fidei triumphet, & Victoriam reportet. Hactenus ludicra tractauit Bucerus, iam ad seria uenit, & quæ maxime cor eius pupugerunt, de conciliatis articulis per catholicos principes non admissis.

Punctum. XIII.

Principes  
non recipi-  
unt conci-  
liatos fuco  
articulos.

Catholicis principes responderunt super articulis in quibus inter collocutores conuenit, an sint recipiendi & approbandi, usque ad concilium, se in hoc nullo pacto consensuros ob plures causas: Primo quia aliqui articuli sint superuacanei, ut sunt primus, secundus, tertius & quartus: absurdum autem est articulos nunquam controuersos reconciliari: Et articulus quartus non Ratisponæ, sed Vuormaciæ est reconciliatus, sub alia tamen forma, quam sit in libro propositus

Re

Reluctatur Bucer, & mordet Principes nobilissimos, quia hanc causam obiecerint, indignam principum dignitati: quia collocutores non posuerint hos articulos, sed autores libri oblatis per Imp. Nec superuacanei sint articuli, cum hi ad doctrinam de hominis lapsu pertineant.

Gratias ago domino nostro Iesu Christo, qui animos Buceri doctorum catholicorum principum præsauerit, ne in Scyllam arlus super ticularum præsumpto conciliatorum inciderent: & colloquio sic dolos, fraudes & astus Buceri frangerent: cum non alia causa toto triennio pertinaciter colloquium expecterunt, nisi ut catholicis imponerent, obtentis aliquibus articulis, iactarent coram rudi plebecula, et detorquerent eos in deprauatissimum sensum, secundum maliciam infecti cordis. At præuenit principum constantia consilium malignantium, ut exultare possint cum Propheta, quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue exprobrauerunt animam meam: quia laqueum parauerunt pedibus nostris: posuerunt peccatores laqueum mihi, sed de mandatis tuis non erravi. Benedictus dominus, qui non dedit nos in captione dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. A diutorium nostrum in nomine domini qui fecit coelum & terram. Domini itaque nutu dissipatum est consilium Buceri: hinc illæ lachrymæ & querelæ: hinc clamat, insanit & furit, & quasi mente alienatus scribit & loquitur: mirum quod se non suspendit



PRO CATHOLICIS

S. Reg. 17 dit, ut Achitophel. Nam ex qua Grammatica homo sibi animo constans posset dicere, articulos nunquam controuersos esse reconciliatos: cum reconciliatio prae supponat dissensionem, discordiam, aut indignationem, Math. 7. uti Christus ait: si offers manus tuum ad altare, & recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & uade & reconciliare fratri tuo. Vide cur reconciliatio opus habet, quod frater tuus habet aliquid aduersum te. Ideo recte principes dixerunt illos superuacaneos, non curantes, qui illos posuerit: at recte Bucer fatetur plures fuisse qui scripserint librum: quoniam ipse quoque unus est ex iis qui calamum ueneno tinxit in hoc libro, ut mox manifestius explicabimus.

Audet ad haec Bucer nobilissimos principes calumniari, & falsitatis arguere, quod responderunt diuisi. Caesariae forma conciliatio esse articulum 4. quoniam in libro sit propositus, adeo nihil pudet mendaciorum apostatam: quod ut toti mundo fiat manifestum, sub iuciam formulam reconciliationis articuli illius, ut Vuormaciae conuenit.

CONCORDIA SVPER ART-  
ticulo. 11. confessionis De peccato originali, Vuormaciae inita post triduanam disputationem, praesentibus Illustri D. A. Granuella. Imp. commissario, & D. Antonio Episcopo Attrebaten. per D. Mensingum & Eckium ex una, Melanchtonem & Bucerum ex alia, quibus XI. & XI. utrinque deputati confirmarunt.

Anno gratiæ. M. D. XLI. die 18. Ian.

**F**atemur unanimi sententia, omnes ab Adam pro *Concordia*  
 pagatos secundum legem communem, nasci cum *Vuorma-*  
 peccato originali, & ita in ira Dei. *tie.*

Est autem peccatum originale, carentia iusticiæ ori-  
 ginalis debita inesse cum concupiscentia.

Cōsentimus etiā in baptismo reatū peccati originalis  
 remitti cum omnib. peccatis, per meritū pass. Christi.

Manere autem non solum Apostolicis scripturis, sed  
 ipsa etiam experientia docti sentimus, concupiscentiā,  
 uicium naturæ, infirmitatem, morbum &c. De quo  
 quidem morbo in renatis, inter nos conuenit: quod ma-  
 neat materiale peccati originis, sublato formali per ba-  
 ptismum. Materiale autem uocamus peccati, quod sit à  
 peccato, quod ad peccatum inclinēt, quod repugnet le-  
 gi Dei, quemadmodum & Paulus appellat. Ad ean-  
 dem etiam rationem in scholis compendio dici solet,  
 Manere in baptisato originis peccati materiale, for-  
 male uero rectius est auferri.

Expendat iam fidelis Lector, & conferat concordia  
 istam cum farragine quarti articuli in libro: & coge-  
 tur fateri alia forma articulum illum Vuormaciæ cō-  
 cordatum: atq; Bucerū iniuste, & friuole excellentis-  
 simos principes falsitatis arguere: cum potius ipse iam  
 a parte sit mēdacii cōuictus: nec releuat Bucerū, quod  
 ait explicatius in libro articulū istū descriptū, fateor  
 magis Luterice descriptū, ut ex annotationib. nostris  
 superioribus super eodem libro manifestum fecimus.

PRO CATHOLICIS.

Nugatur Bucerus inter paucos rem actam Vuormia:  
cia: quoniam ut memini XI. & XI. ex utraq; parte  
consenserunt in hanc concordiam, cum collocutores  
Ratisponæ non fuerunt, nisi duo & tres.

Punctum. XIII.

**C**Atholici Principes in responso dato Cæs. Maior  
stati hanc etiam causam assignarunt, quia in  
scripto oblato sint uerba non consentientia con-  
suetudini Ecclesiæ, formis loquendi usitatis patrum:

Alien<sup>9</sup> mo Hoc etsi inficiatur Bucer ad negandum manifesta ue-  
dus loquen ra obstinatissimus: tamen superius euici, plæraq; erro-  
di in libro. nea in hoc libro, & Bucerum de suo sputo, (quia scri-  
ptioni libri interfuit) multa immiscuisse: unde indi-  
gne fert optimos principes anteuertisse dolos eius, quæ  
tam facilem affirmat in religione esse concordiam: fa-  
cilis esset fateor, si Catholici hæresibus cedere uel-  
lent, & cum eis in schismate & erroribus nigrescere:  
sed DEVS pater misericordiarum dereliquit sibi in  
Germania tot nobiles Principes & Comites, qui non  
sunt maculati hæresibus Luteri & Zuinglii, sicut de-

2. Reg. 19 reliquerat sibi 7000. uirorum in Israel, qui non cur-  
uauerunt genua sua ante Baal. Eosdem per gratiam  
sua conseruabit etiam in futurum, ad gloriam nomi-  
nis sui, ac fidei catholicæ exaltationem. Quod Princi-  
pes de libro questi sunt, cui insint aliqua obliteran-  
da, aliqua mitiganda, superius euidenter ostendimus:  
& ut ad me scribunt amici non solum Principes ca-  
tholici arguunt librum, sed & Philippus Melancthon  
ali

alioquin mitis ingenii, & pacis amator, non per omnia cum eo consentit.

## Punctum. XV.

**C**Atholici Principes aperte mentem suam patefecerunt Casaræ Maiestati, quia articuli conciliati, uel non fuerunt controuersi, uel sint minoris momenti: at articuli maiores, et qui uulgum magis offenderunt, non solum non sunt conciliati, sed à protestantibus de nouo impugnati, ut nulla sit in his spes concordie.

Hic se accingit Bucius, ut flexu uerborum, sophismatibus, & magis responso Principum illudat. Et cum Principes obiecerunt aliquos non fuisse controuersos, surda aure transit, sicut Ulyssis socii cæratu auribus Syrenes: quia nihil uerisimilius habet quod proferat.

Adfert autem articulos, qui parui momenti sunt, s. Articuli de lapsu & reparatione hominis, de fide & operibus, minoris momenti de uera pœnitentia, de ecclesia & eius membris, de sacramenti conciliati. At hos Bucer arbitratur nõ parui momenti, pro quibus tot uiri, ferro, igni, & aqua extincti sint: & magnificat hos articulos de fide et sacramētis: at a sino pellem leoninã detrahamus. Primo de lapsu hominis, est ensis Aiacis, articulus ille non fuit controuersus.

Secundo assumit articulos parui momēti, hic corrum 2  
pit uerba et sensum principum, qui nõ dixerūt parui, sed minoris momēti, quod ex ideomate locutionis com  
para

PRO CATHOLICIS

parationem adfert: Sint magni momenti articuli, tam in respectu, si aliis conferantur, ubi plus deliquerunt diuersarii, & maiori periculo, minores sunt.

- 3 Tertio perperam infert ex eo quod principes enumerarunt aliquos maioris momenti, quod alios omnes reputarint minoris esse momenti: cum articulum de pœnitentia, confessione, ac satisfactione, indubie inter maiores quoque locabunt. De articulo de fide & operibus dicant, quia fucosis cauillis adumbrata est illa concordia. De uera pœnitentia omnino non conuenerunt, ut supra ostendimus: multo minus de ecclesiâ:

Bucerus de non dum enim audiui ex Bucero, ut falsam suam & hæc ecclesiâ Bereticam sententiam, quam Bernæ inter suos Zuinglianos protulit, mutarit: Nam conabatur probare concilia generalia etiam directe determinasse contra uerbum Dei: & hanc hæresim probaturus euocat concilium Constantiense, quod hunc articulum Hussi damnauit: Ecclesiam esse tantum finaliter prædestinatorum. Catholici autem ecclesiam dicunt congregatam ex bonis & malis piscibus, uirginibus fatuis & prudentibus. Nondum ergo probabo conciliationem huius articuli, nisi Bucerus reuocet, & restituat honorem sacro concilio Constantien. Nihil conuenisse de uis & usu Sacramentorum, manifestissimum est, cum nec denuo conuenerunt: & principes aduersarii retractant admissionem Bucii de Sacramento extremæ unctionis, quid ergo non audeat apostata, obiciens catholicis articulos esse conciliatos, quos sui principes uolunt pro reconcilia

liatis agnoscere. Ita de usu Sacramentorum uanissima est eius iactantia, cum hodie neque in baptismo, neque in confirmatione, neque quocumque alio Sacramento usum receptum & consuetum ecclesie sequatur: Sic de ui Sacramenti, et si uim sanctificandi contra Patriarcham errorum Sacramentis dederint: ubi autem largiuntur characterem imprimi, ubi uel chrysmate aut oleo sancto utuntur: & deplorandum est, quomodo Sacramentum matrimonii proficiunt. Hoc adiecerim in epistola ad Marpurgen. negasti cum Ludero efficaciam & uim Sacramentorum, an ergo hanc sententiam retractaueris aut minus, cur non manifeste fateris. at dolis consutus es: nam etiam super Matheo cum Ludero colludis & uim baptismi aperte negas, quam tamen in oblato per Casarem libro fateris: talis Cameleon es, uersi pellis, & instabilis: quamuis ibidem plures alios habeas errores intollerabiles. Baptismus non plus confert quam circumcisio: Idem est baptismus noster & Iohannis: at si redierit, mucosus istos eximam naso eius, ea acrimonia qua docet: quare falso Bucer istos articulos obtrudere uult Casarea maiestati & Catholicis ordinibus imperii: Eundem dolum de ministris ecclesie & eorum potestate liquido deteximus in superioribus.

## Punctum. XVI.

**C**Atholici principes ut fidem facerent Imperatori nostro pientissimo, precipuos articulos, qui maioris scandali ac impietatis causa fuerunt in simplicia plebecula enumerant, qui non modo non sint conciliati sed

PRO CATHOLICIS.

sed de nouo uehementer impugnati : quorum primus  
est de uenerando Sacramento Eucharistiæ, eius adorati-  
one & reservatione.

Buceri im-  
pietates  
Bernæ.

Bucer egregius Halophanta nititur mendaciis &  
blasphemis illudere Imperiali celsitudini & principi-  
bus, quia probe conuenit adesse uerum corpus & san-  
guinem Christi, dum exhibetur ut ipse instituit. Hic  
te Buci appello & conscientiam tuam, si ita corde crea-  
dis, ut hic contra principes obiicis : cur tu in prophæ-  
na disputatione Bernen. improbasti ueritatem corpo-  
ris in Sacramento meris cauillis sophisticis, quia Chri-  
stus ascenderit in cælum: Et sit ordinatio Dei, ut post  
suam ascensionem Christus non sit nobiscum corpora-  
liter: Neque etiam fuerit in Eucharistia exhibita apo-  
stolis in cœna Domini: alioquin habuisset duo corpora,  
unum quod in mensa sedebat, aliud quod a apostolis por-  
rigebat : Aliud sophisma attulit, quia esse ubique sit  
proprium dei: & quia corpus Christi non sit DEVS,  
ideo non possit esse ubique in orbe Christiano. His te-

Bucer con-  
tra Eucha-  
ristiam.

lis inanibus obtudit Catholicos disputantes & dece-  
pit senatum Bernensem, qui abominabilem ac impiam  
deformationem ( hui reformationem dicere uolui )  
per ciuitatem, oppida, & latissimam eius ditionem  
publicauit, de obseruandis in disputatione Conclufis.  
Cur ergo seductor Bucere, si iam contra sentis, non  
admones Bernates, te decepisse eos, ac reuocas tuam  
Berengarianam sententiam. At uereor, qui hanc  
noluisti reuocare Marpurgi coram Illustriss. Hesso-  
rū

rum principe, quā scriptis impiis Luterum tibi aduersantem proscidisti, ac Pomerani psalterium falsasti, ne adhuc pulmoni tuo hæresis hæc adhæreat, & fucosis uerborum flexibus Catholicis & Ludderanis imponas: Nā duriora in sectatores Luteri scripsisti ad academiam Marpurgensem, (ita eam appellas) quoniam perfidiam palliares, & laborasti ut in fratrum numerum assumereris, constante errore tuo. Scis quā falsa præfixeris in quartum tomum postillæ Luteri, unde ille calamum in te acuit uehementer acerbum, quem calumniatorem appellas in Math. 26. capit. Ut constet omnibus non nudius te incepisse fallere. Nam huiusmodi Vafricie usi sunt Berengariani in Concilio Basiliensi. Anno 1536. ut secundum uerborum concilium uiderentur sentire cum Luderanis, imò cum ecclesia: & tamen in priori perstiterunt impietate Zuinglii & Oecolampadii. Huiusmodi Vlyseo artificio utitur Vadianus Poëta & medicus, modo si DEVS uelit Theologorum & Catholicorum censor, ut in sex Vadianus. libris Aphorismorum lectori sit perspicuum: quoties enim ita tractat negotium Eucharistiæ, ut uideatur ecclesiæ consentire, mox postea desiliit à uero, & sordibus hæresum inuoluitur, uenenum suum euomens: ut mirer unde repente nouus ille personatus Theologus ex Pharmacopolis prodierit. Vehementer timeo, ne Bucerus simili dolo nobis imponat: Non de nihilo moneor, quod experiamur ecclesias eum obseruantes, Argentinam, Constantiam, & alias ueterem adhuc



PRO CATHOLICIS

retinere Zuinglianismum, sicut & Turegum ac Ber-  
nam. Vnde malo credere Melanchtoni, animi sui sen-  
tentiam proferenti, quàm Simoni.

Bucer & hoc assuit, Eucharistiam adorari in spiritu  
& ueritate, quando exhibetur & administratur. Hic  
eucharistia Bucijs antiquum apparet retinere mucorem Zuingli-  
adoranda. anum, quia in spiritu uult adorari Eucharistiam, ac si  
corpus Christi non esset realiter præsens, sed spirituali-  
ter per fidem sumentium, ut in multis locis annotatio-  
num suarum testatur: porro si uere corpus Christi ad-  
esse censet, tamen impüssimam hæresim fouet, non esse  
Sacramentum, non adesse corpus Christi, nisi dum ex-  
hibetur, & sicut solent dicere, Eucharistiam esse solum  
in usu: quia plurib. hostiis consecratis, si quæ super sunt  
ultra communionem accedentium, sentiunt, ibi nõ esse  
corpus Christi. hanc impietatem asserunt sine ullis scri-  
pturis, sine ulla ratione, sine concilijs & patribus, ex  
solo phanatico cerebro: Hinc negant reseruandum Sa-  
cramentum pro infirmis, neque uenerandum, si defer-  
tur ad infirmum, aut in processione sollempni. Nos habe-  
mus uerbum Dei, quod omnipotenti uerbo suo Christus  
facit corpus suum esse præsens in Eucharistia: & hoc  
Luderani non negant, quòd non sit nisi in usu: alioquin  
non sinat esse ibi corpus Christi, nullam habent scri-  
pturam, sed ex proprio capite fingunt huiusmodi bla-  
phemias contra Ecclesiam catholicam: cum ex praxi  
pretatur Ecclesiæ deberent accipere intelligentiam scriptura-  
rum, sicut ex praxi Christi & sanctorum docet Augu-  
sti

stinus: nam uerbum Christi, si quis te percusserit in maxilla, præbe ei alteram, quomodo ad literam intelligeremus, nisi domino a lupa percusso ab iniquo seruo, audiremus quomodo se gesserit. Ita uerbum Pauli, Non uosmetipsos defendentes, sed date locum iræ. ex praxi eius intelligitur: qui accusatus à Iudæis coram Festo, Cæsarem appellauit, appellatio autem est defensio: Misso quoque adulescente curauit, ut tribunus eum defensum contra insidias Iudæorum, duceret ad Cæsaream. Praxis autem ecclesiæ à tempore martyrum habet Eucharistiam deferri ad infirmos, & magna solemnitate celebrat festum corporis Christi, quod in processione circumfertur: at hoc horret diabolus, ideo suggerit membris suis impiis prædicatoribus, ut contrarium doceant & laycos seducant.

Porro quæ hic attulit Bucer, aduersantur recessui Augusten. in quo Cæsar cum ordinibus imperii decreuit, obseruare laudabiles ceremonias & consuetudines in catholica ecclesia hætenus custoditas, ac nullam mutationem in his permittere ante futuri generalis concilii definitionem.

Hoc quoque monuerim, licet Bucius hic admittat Eucharistiã duntaxat adorari, cū administratur: tamen ipse aliquando contrariũ docuit, contrariũ docuerunt schismatici plures, & ipsi patriarchæ sectarum Zuinglius & Ludder uoluerunt nullo pacto Eucharistiam adorandam, ut supra quoque meminimus, & inculcat in  
epi

PRO CATHOLICIS

Zuinglius epistola ad Vualden. et ideo reprehēdit festū corporis Christi. Et execrabilia scripsit præceptor Buceri charistiam. Zuinglius, qui Eucharistiā appellat idolum Maozim, Dan. 9. quod in loco sancto iuxta Danielis uaticinium, ueneretur: & totam sententiam de Eucharistia dicit fictam, & damnosam idololatriam: & nesciat, an maior sit abominatio apud deum adorare uitulos aureos in Dan, uel istum panem benedictum. Sub pessimo præceptore malus euasit discipulus Bucerus, mali corui, malum ouum.

Impie & hoc conqueritur Bucer, reseruatam hostiam seruisse diu & multis ad grauissimas superstitiones, quod est manifeste falsum: cum Ecclesia reseruet Eucharistiā pro infirmis, & ad laudem & gloriam dei, ut iusserit conciliū Vuormacien. ut sacerdos semper paratam habeat eucharistiam pro infirmis.

De consc. dis. 2. seru. De transsubstantiatione superius abunde diximus: nescit enim catholica ecclesia Christumimpanatum, ut Bucer aliquando irrisit Ludderanos.

Punctum. XVII.

CATHOLICI principes, etsi non expresserint articulum de Missa male reconciliatum: tamen Bucer hunc assumit, quia in tribus facta sit reconciliatio. 1. Quia damnatur fiducia externi operis. 2. Quis fide propria sacrificium Christi sit amplectendum. 3. Nullam aliam immolationē Christi adseri, quā quod ecclesia patrem rogat, ut sacrificiū filii ualeat ipsi ad salutem: & hæc insunt libro ab Imperatore oblato

In hoc solo controuersia mansit, an conueniat habere missam sine communicantibus.

Quam non erubescit Sycophanta mendacia mendacis cumulare in totius imperii presentia, solum ut catholicos principes traducat, uelut discordiae amantes, quia articulos conciliatos noluerint acceptare. At iam Articulus saepe dixi, & modo repeto, de articulis modo controuersis, uel nullam aut minimam factam conciliationem, reconcilia- de missa nõ  
& eam diutaxat fucata & uulpinam: & sic nobilissimis, ac in fide catholica constantissimis Principibus tus.  
uoluit imponere Bucer. Quod adeo hic in sole est, ut insigniter temerarius sit & perfrictæ frontis, qui hoc neget: Nam si liber à pietissimo & à Deo custodito Imperatore, cum eis conuenit, eo dempto, an liceat missam habere sine communicante, cur tunc ultra scripta libri, obtulerunt arengam satis prolixam & inconcinnam, sicut eam supra obelis iugulauimus: & de abrogandis missis priuatis quæ tentat Bucer, si etiam diabolum à catenis inferni liberaret cum 12000 legionibus, non persuadebit firmis & constantissimis principibus Catholicis.

De tribus punctis superius est liber ille insertus, quam infideliter, & fraudulentè sententiã eius transcripsit, quia liber recte damnat fiduciam solius exterioris operis, in eo qui nullam fidem uiuam, nullam pietatem, nullam communionem precum uel orationis, uel assensum sacrificio adhiberet. Et iste quoque nobis erit sicut ethnicus & publicanus à merito & beneficio mis-

PRO CATHOLICIS

se alienus. In summa, quisquis legerit librū & portenta Bucii, perspicit, quantum Chaos discrepantiæ sit inter eos: in reliquis remitto me, partim ad annotationes meas super libro, partim ad examen scriptorum Protestantium. Confisus autem de ueritate catholice, & assistentia Christi suæ sanctæ sponse ecclesie Diu audenter, sed humiliter, offero me ad sententiam catholicam defendendam de sacrificio missæ, contra Bucerum, & quemcunque hæreticum repugnantem in hoc Christo, ecclesie, diuo Imperatori, & catholicis Principibus sub pœna ignis: fiat rogos inter nos, & accendatur, uictus in eum deturbetur.

Oblatio  
Eckii

Nam cum sacram scripturam, Concilia, sanctos martyres & patres à tempore apostolorum habeant testes pro sententia catholica, atq; adeo recessum Augustini sanguinem pro illa funderè paratus sum, uitam, & animam ponere.

In nomine tuo dulcis Iesu.

**A**D impiam uocem Buceri reprimendam, qua Bernæ ausus fuit dicere, missam esse blasphemiam.  
O impietas, & uox dæmoniaca.

Punctum. XVIII.

Communio sub  
utraque  
specie.

**D**E communionem sub utraque specie pergit negari Buceri in odium principum catholicorum: uerū quod & ipse fatetur & cogitur fateri, non conuenisse, quid iudicandum sit, qui unica tantum specie hæctenus usi sunt, uel adhuc utuntur: Hoc est maxime, quod mouet Catholicos principes, quotam por-

tionem Christianitatis insurgere, & à peruersis prædicantibus, ac pseudoprophetis seductam, toti orbi Christiano insultare, & tot mille millia ex mortuis & uiuis uelle damnare. Vtinam DEVS esset eis tam propicius, & daret illis meliores ac ueraciores doctores. At de hoc quoque articulo locuplete diximus in annotationibus libri & examen scriptorum protestantium: Et hic articulus quoque reprobatus est in recessu Augustano: Habeo quoque super ea re syngrapham pissimi, ac catholici principis D. Georgii Saxonie Ducis Georgius cuius anima, ita minime dubito, uiuit Deo: in quo acudux Saxo ratiùs pro ecclesia catholica delinuit omnia. ma.

## PUNCTUM. XIX.

**B**ucer contra Principes Catholicos de coelibatu hoc adfert, quia liber ponat, posse permitti coniugium sacerdotibus: Ipsi uero contendant debere permitti. at fufius diximus in annotatione libri, et examine scriptorum. Hoc addiderim, etiam in hoc puncto Bucerum aduersari recessui Augustano: quem Augustalis Maestas semper uoluit manere saluum in toto hoc negotio & tractatu Ratisponen.

Adiuciam & illud ex confutatione decimæ conclusio Matrimonis Bernæ disputatæ (quátum attinet ad corruptã & nis præfelleam disputantium intentionem) Cum Ecclesia possumpta mo sit inabilitare personas ad contractum matrimonii: se nachorum quitur præsumpta matrimonia Zuinglii, Oecolampiora q̄ cõ padii, Buceri & c. non esse matrimonia, sed abstinentia, cubinatus, scandalosissima, damnosa, & sacrilega meretricia,

PRO CATHOLICIS

Isa. 3.
 Et multo peiora, quam pauperum sacerdotum Christianorum concubinatus, qui ex fragilitate humana concupiscentia carnis uicti labuntur: Et sunt in timore Dei, agnoscentes peccatum suum accusante conscientia. Ideo compunguntur ad poenitentiam Et confessionem peccati sui. Isti autem noui milites Veneris Bucere cum apostatis suis Et nunnis, obligant se Et tradunt in perpetuum meretriciu, sub honesto titulo coniugii, cum scandalo totius Christianitatis: predicantes peccatum suum, sicut Sodoma: Non poenitet eos, nolunt confiteri illa uel alia peccata, neque habent propositum cessandi: sed multo magis, ut est ars et malicia diaboli, si possent totum mundum seducere Et illicere in eorum ignominiosam, infamem, Et opprobriosam uitam, omnibus modis curarent. Idcirco illorum seditiosorum meretricium, damnosissimum est, perniciosissimum, ac diabolicum: Licet et cleri Christiani concubinatus malus est, Et a praepositis puniendus: tamen, meretricium Suermerorum est eorum qui desperauerunt de DE O, fide fragorum, Et apostatantium ab ecclesia Catholica. Haec tibi olim scripsi Bucere, reuertere, Et dic quae uoles, audies aceruum eorum quae non uis.

Punctum. XX.

Satisfactio.

**P**ergit Bucere iniuriari principibus Catholicis, quia articuli quos illi dixerunt non conciliatos, sint reconciliati, Et adfert poenitentiam, confessionem, Et satisfactionem: at ex dictis in adnotatione libri Et examine scriptorum protestantium liquido
 con

constat principes catholicos uerum dixisse, & Bucerū  
 eos falso calumniari: Et ne ethiops mutet pellem, non  
 desinit nugari, etiam libro falso imponit opera nostra  
 non esse satisfactiones propiciatorias: nam licet propi-  
 ciatio culpæ solum Christo tribuenda sit: tamen satis-  
 factionem canonicam à præpositis sacramentorum ac-  
 ceptam & peractam, præteritorum peccatorū causas  
 excindere, & peccati reliquiis mederi, temporariam  
 quoque poenam seu tollere seu mitigare uere docuit.  
 Ex his omnibus perspicuum est, quod à ueritate alienus  
 sit Bucer, & iniuste oneret catholicos principes, ac si  
 parum in controuersia hæserint articuli illi parui mo-  
 menti: cuius falsitatē nos aperte pro ecclesia, pro fide, Falsita-  
 pro Christi amatissimo imperatore, pro orthodoxis et tes Euce  
 illustrissimis principibus probauimus. Falso dixit Bu- rica etiam  
 cer scripturas & patres nihil docere de transsubstan cōtra Lu  
 tiatione panis: tamen Christum in eucharistia haberi terum.  
 dixit: quod tanta peruicacia tot annis contra ecclesiā,  
 atque ipsum Luderū, Pomeranū, Melanchtonē, Brentiū Agato.  
 cū suis Suermeris negauit: Vt uerissime dixerit Aga- Heretici  
 tho papa ad V. synodū. Hæretici nō solū ueræ cōfessionis instabiles  
 aduersarii, sed à uia ueritatis aberrantes, sibimetipsis  
 cōtraria docuerūt, aliter & aliter asserētes, et alteru  
 trū dogmata destruentes: quod enim nulla ueritate  
 fundatū est, necesse est, ut erroris incōstātia uarietur.

Falso dicit Bucer de uera ratione missarum conue- Missa.  
 nire, ut à Christo instituta est & à patribus obser-  
 uata. Falso exprobrat Bucer Catholicis, quod Missæ



PRO CATHOLICIS

adsueuerint sine uerbo Dei, sine exemplo ueterum  
 & eos dicit imperitos, ac si imperiti fuerint Diony-  
 sius, Policarpus, Tertullianus, Ireneus, Cyprianus, Am-  
 brosius, Augustinus & alii sancti. Ita adsolet Lucife-  
 riana superbia se iactare.

Falso dicit Bucer, hominum duntaxat extare præ-  
 ceptum, ut homines in confessione peccata sua probe  
 enumerent.

Falso uult Bucer tollerabilius esse, ut sui perpetui  
 meretricarii & fidefragi coniugati ferantur in eccle-  
 sia, quàm concubinarij sacerdotes.

**Liber Bu** Pollicetur Bucer librum proprium, de uera expli-  
 catione articulorum conciliatorum, ac si non satis huc  
 cetero pro- usq; iniuriatus sit catholicis principibus, nisi omne uer-  
 missus. nenum aspidum sub lingua eius contra ecclesiam &  
 principes euomat. At ueniat Philistæus ille, qui ausus  
**Prouoca** est maledicere exercitui Dei uiuentis, ueniat & auda-  
 tur Buce cter occurram ei, & acceptis lapidib. de torrente scri-  
 rus. pturæ, funda insigam in fronte spurii huius: & omni-  
**3.Re.17.** no redeuntem ita excipiam & tractabo, ut maledicen-  
 tia sua meretur. & experietur non deesse iusticiæ &  
 ueritati debitum patrociniū.

Falso dicit Bucer, solum superesse pugnam de arti-  
 culis conciliatis, ut ubertim probauimus.

Falso persuadere nititur Bucer Catholicis principi-  
 bus aliquos articulos uere conciliatos per eos recipien-  
 dos: quia manifestum fecimus ex articulis controuer-  
 sis nullum esse uere reconciliatum: Ideo catholici prin-  
 cipes

apes iustissima causa moti noluerunt articulos dolo à  
Bucero obtrusos, recipere.

Falso suadere nititur Bucero catholicis principibus,  
ne salutare conciliationis institutum in Ro. pontifi-  
cem reiciant: at in quem alium reicerent, nisi in uica Papa.  
rium Christi, in ecclesie militantis caput ministeriale Conciliū  
aut in sacrum oecumenicum concilium, ipsi fideles &  
obedientes Se. Ap. & ecclesie uniuersalis filii.

Fortè non falsum suspicatur Bucero, cum principes  
non dubitent se ueram, Bucero & suos falsam reli-  
gionem sequi: Ideo reiectio illa causae ad concilium, ni-  
hil aliud uideri, quàm captationem occasionis in eos  
decernendi, quod conuenit in manifestos hereticos.

Et quid tibi uidetur Bucero? an non supremum iu- Concilia  
diciū fidei est apud concilium legitime congregatū? diuersa  
alioquin hereses semper mansissent: At sacrum con- contra  
cilium a postolorum fuit congregatum contra Ebioni hereti  
cos. cos.  
tas, Nicenum contra Arrium, Romanum contra No-  
uatum, Gangrense contra Eustachium, Constantino-  
politanum contra Macedonium, Eudoxium, Apollina-  
rem & Sabellium, Ephesinum contra Nestorium, Calce-  
donen. contra Eutycen & Dioscorum, Cartagenen. con-  
tra rebaptisatores Donatistas, Mileuitanum cōtra Pe-  
lagium, Suessanum Marcellinus papa contra seipsum  
indixit, Aliud Constantinopolitanum contra Theodo-  
rum, Aliud Romanum contra Paulum, Cirum, Sergium  
& Pyrrhum, Aliud Constantinopolitanum, contra  
Macharium & Monothelitas, Concilia Romanum,  
S.iiii. Ni

PRO CATHOLICIS

Nicanum & Francfurten. cōtra Iconoklastes, Aliud  
 Concilia Romanum & Turonen. contra Berengarium: Aliud  
 cōtra hæ Romanum contra Arrium, Sabellium, Eunomium, He  
 reticos. tinum. Concilium Toletanum contra Pristillianistas.  
 Conciliū Bracarense cōtra Cerdonem, Pristillianistas,  
 Gnosticos & Manicheos. Aliud Romanum contra Ab  
 batem Ioachim, Almaricū, Petrum Abelardi. Ita & in  
 aliis conciliis alii condemnati fuerunt hæretici. At  
 in Concilio Constantien. damnati sunt articuli Iohan  
 nis Vuicleph, Huss, & Hieronymi combusti, liber  
 Falckenbergii damnatus.

Bucer ergo mordente conscientia non nescius erro  
 rum suorum timet iudicium Concilii generalis, sicut  
 & patriarcha suus Luther: quia certus est ferendum  
 contra se iudicium.

Iam iam Bucere te inuenio, iam deprehendo, cur læ  
 Bucer re titas? & superioribus annis scripsisti & excepisti con  
 fugit cō tra Concilium à domino apostolico Mantuæ indictū  
 cilium. & Vincentiæ translatum, times pelli tuæ & errori  
 bus tuis. Spero & confido in DEVM, iustum iudicium  
 generalis Concilii non euades: sed hæc in deorum ge  
 nibus sita sunt (ut dicitur).

Punctum. XXI.

Existima  
 tio papæ  
 & prin  
 cipum. **C**Atholici principes pro quarta causa reiectionis  
 articulorum adsignarunt, quia immineretur  
 existimatio summi pontificis, Imperat. Maiesta  
 tis, & statuum catholicorū, qui omnes uariis obtrecta  
 tionibus se exponerent. Bucer more suo aspergit prin  
 cipes

eipes mucore maledicentiæ suæ, & de suo fermento  
 mendacia iniicit: quoniam ex reformatione, pontificis  
 & principum existimatio imminueretur. At ubi pro-  
 bas quæ dicis nugator? Secundo, uicium quo inuolui-  
 tur maxime Luterani, catholicis impingit: nam carni,  
 & principi mundi superstitio unice grata est. At tei-  
 psium intuere, nunnos & nunnas tuas, laycos acedio-  
 sos ad cultum diuinum, & qui non ieiunant, non con-  
 sistentur, nõ orant, à carnibus nunquam abstinēt. Non- Monachæ  
 ne hæc uestra irreligiosa superstitio carni seruit, & nõ nubāt.  
 diabolo, tot euacuatis monasteriis utriusq; sexus, con-  
 tra sacri, & magni concilii Calcedonen. definitionem,  
 Anno domini 454. factam. Diaconissa quæ susceperit  
 ordinationem, & quantocunque tempore obserua- Can. 15.  
 uerit ministerium, & postea se nuptiis tradiderit, in-  
 iuriam faciens gratiæ DE I, hæc anathema sit, cum  
 eo, qui in illius nuptiis conuenit. Et iterum. Si quæ uir Can. 16.  
 go se dedicauerit DE O, similiter monachus, non li-  
 cere eis iungi nuptiis: Si uero inuenti fuerint hoc fa-  
 cientes, maneant excommunicati. Ergo Bucerus cum Bucerus  
 omnibus uotifragis nonnis est excommunicatus. Sic et excommu-  
 nificati sacerdotes iugales carni & principi huius micatus.  
 mundi seruiunt: cum ante Mille ducentos & 27. an-  
 nos constitutum sit in concilio Neocesariensi (quod  
 fuit ante Nicænum) presbyterum si uxorem duxerit,  
 ab ordine deponendum, cum aliis superius citatis.  
 Coelibatus ergo seruabatur antiquitus in clero: at in  
 periculosis nouissimis temporibus à CHRISTO et  
 apostolis prædictis, incipunt seruire carni, & dia-  
 bolo

PRO CATHOLICIS

*bolo: Cum autem hæc nouerit Bucerus, nonne est insigniter impudens, & impudenter maledicus, quod hoc crimen Catholicis imponit Principibus?*

*Tertio apostata non ueretur Catholicis principibus imponere, ideo uoluisset eos recipere articulos reconciliatos, quia piget recurrere bene, & dedecorosum habetur uideri non uera sectatum esse, atque defendisse. O scelestam linguam furca & flamma dignam. Quis tibi apostata credet dicenti, ut principes*

*Pudet Lutheranos reuocare.*

*tholici recurrentes ab ecclesia catholica, ab auita religione, bene recurrent? Cur non magis sectarius suis hanc recinit cantilenam? quibus dedecorosum est scindi à nationibus totius Christianitatis, uno exircio monacho eos seducenti. Quin tu & tui huiusmodi*

*Luderam querunt gloria uanam.*

*estis, qui gloriam uestram quaeritis, non DE I. His ueribus in colloquio audiuim, quod cum uobis conarer suadere, ut nescio quem articulum reciperetis nobiscum: recusastis hoc, scripturis & patribus destituti, hac sola ratione, quia iam concionibus uestris plebs esset persuasa in hanc sententiam: & sine scandalo aut tumultu non possetis eam auocare à recepto usu. Cum ergo hæc tua sit culpa & tuorum Bucere, cur temere innocentissimos principes tuo uicio maculare niteris. Cessa igitur principes mordere, sed ut in pro- uerbio dicitur. A Lare incipe. & iuxta Horatianum illud: Tumesce tua uineta cedito.*

*In conclusionem Bucij.*

*Dum*

**D**Um iam Bucerus rauesceret calumniando prin-  
 cipes Catholicos, ac iniuriis grauando eorum  
 consiliarios: concludit in causa egregius, sed  
 morbosus causidicus: Et primo Theonino dente arro-  
 dit senatores principum catholicos, quos apertis men-  
 dacis calumniatur infaelices, ecclesiae Dei, ac patriae  
 calamitosos, qui istis principibus persuaferunt hanc  
 conciliationem, à maiori parte principum comproba-  
 tam, ut in manus pontificis reuicerent. At te Bucere cō-  
 pello, An non fecerunt hoc in fide constantissimi prin-  
 cipes iustissimi causis, iam allegatis: tu responde si po-  
 tes, & nostros experieris aculeos: sic pergis more tuo  
 nugari, à maiori parte principum receptam reconci-  
 liationem. Ita scilicet consiliarius à scrinio pectoris,  
 quòd falsus falso est, ut cōfestim catholicos principes  
 in tabella recitabimus. Iniuriaris porro senatoribus  
 principum, quia sint calamitosi patriae. At uide, qui  
 alium iudicas, ne te ipsum cōdemnes: quae fuit maior ca-  
 lamitas Germaniae, quàm funestū bellum seruile plus  
 centum millibus rusticis trucidatis, tot opibus, & tan-  
 ta rerum opulentia inaniter absumptis, tot monaste-  
 riis, ac arcibus, uel direptis, uel flamma combustis: scis  
 ne Bucere, in qua arce cum Oecolampadio & Hedio-  
 ne Capellam egeris: an non calamitas fueris poten-  
 tissimo & opulentissimo nobili, non plura dico: Quod  
 magis funestum dissidium unquàm suscitatum est in Hel-  
 uetis, quàm per præceptorem tuum Zuinglum: tuos  
 ergo

PRO CATHOLICIS

ergo symmistes, clama calamitosos patriæ, non integerrimos principum consiliarios.

At uerissimam ego adferam causam, cur ita furit contra principes Bucer: quia isto responso omnis dolus elusus est, & omnis fraus intercisa Buceri, qua nitebatur gloriosissimo Imperatori nostro Carolo, à Deo coronato, & omnibus ordinibus imperii imponere, ut ab illis quos articulos erroneos perfidiæ suæ lucraretur, & obtineret. At Deo inspirante, & catholicum animum in principibus conseruante illi, coruum deluserunt hiis antem, & bolum eripuerunt è faucibus illius: Ideo nunc nunc si cruciatur, & dentata charta optimos principes insectatur.

Buceri dolus, contra totum imperium.

Sed frustra conatur persuadere principibus, ut æquifaciant suam annotationem: non enim scripsit, quæ ad gloriam Christi faciunt, & Electorum salutem: sed ea expuit, quæ sunt in subuersionem fidei catholicæ, ad cultus diuini & gloriæ euacuationem, & hæresum ac errorum propagationem, quibus animicida tot millia hominum perdere & damnare satagit, ut in examine nostro sole clarius ista ostendimus.

Catalogus principum Catholicorum.

Bucer serpentinus.

**A**ntiqui serpentis astucia, semper fucum prætexit Bucer, ut simplicem plebem decipiat: in quem finem superius magno fastu suorum principum tam absentium quam præsentium catalogum descripsit: & ut auctior numerus esset, etiam comites enumerauit, & Baronem unum: at macre recenset Catholicos:

eos: quod ex eo compertum habe Christiane Lector,  
quod Vuilhelmum à Furstenberg inscripsit pro suo: &  
Ludor: cum ab Oetingen: cur Comitem Fridericum à  
Furstenberg, & Comitem Martinum ab Oetingen, ue  
teris religionis obseruantissimos, presentes tam suo  
quàm aliorum Comitum & Baronum nomine, surda  
aure præterit? At uoluit coram rudi & imprudenti  
plebe paruum numerum catholicorum exhibere: quod  
si etiam obtineret, sicut Deo sustinente suos, nunquam  
obtinebit: non tamen essemus animo deiectores, à Chri  
sto consolati: Nolite timere pusillus grex, quia compla Luc. II.  
cuit patri uestro uobis dare regnum. at exequamur  
quod promissimus.

Principes, & status catholici adhæren  
tes imperiali Maiestati, ac recep  
sui Augustensi.

**I**mperator Carolus, rex Germaniæ, Castiliæ, Ara  
goniæ, Legionis Siciliæ, Nauarræ, Granatæ, Hie  
rusalem, Valentia, Galliciæ, Maioricarum, Sardi  
niæ, Corsicæ, Neapoli et c. archidux Austria, dux Bur  
gundiæ, Niuernæ, Loterichi, Brabantia, Hollandiæ,  
Limpurgi, Lutzelburgi, Geldriæ. etc. Comes Flandriæ  
Arthesii, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ,  
Namurci, Zutphania, Domius Phrisiæ, Salini, &  
Mechliniæ & c.

Gloriosissimus Princeps Ferdinandus, Rex Roma  
norum, Hungariæ, Bohæmiæ, Croaciæ & Dalmaciæ,  
infans Hispaniarum & c. Archidux Austria, dux Sle  
siæ,



PRO CATHOLICIS

ſiæ, Sueuiæ Marchio Morauæ & Burgauæ, Comes Clauiæ, Goriciæ Hohburgi, princeps Hiſtriæ etc. Maximilianus filius regis, Archidux Auſtriæ, dux Carinthiæ, Stiriæ, Carniolæ & portus Naonis. Comes Tyrolis, Lantgravius Alſatiæ etc. Schelckkingii, Tribergi &c. Reuerendiſſ. Cardinalis, Archiepiſcopus Moguntinus & Madeburgen. epiſcopus Halberſtaten. primas Germaniæ, Marchio Brandenburgen. etc. Elector. Reuerendiſſ. princeps D. Iob. Ludouicus Archiepiſcopus Treueren. Elector.

Reuerendiſſ. princeps D. Hartmannus Archiepiſcopus Colonien. Elector.

Ludouicus Comes pala. Rheni, dux Bauariæ, Elector. Ioachimus Marchio Brandenburgen. dux Sterinii etc. Elector.

Erneſtus Archiepiſcopus Salisburgen ſuperioris & inferioris Bauariæ dux. Chriſtophorus archiepiſcopus Bremen. administrator Verden. Brunſuici dux.

N. Archiepiſcopus Biſantii.

Vualtherus de Kromberg administrator magiſtratus Prutenici, & ſupremus militum Marianorum per Germaniam.

Vuigandus Epiſcopus Bambergen.

Chunradus Epiſcopus Herbipolen.

Mauricius Epiſcopus Eichſtetten.

Henricus Epiſcopus Vuormacien. & Friſingen. Comes Palatinus Rheni.

Philippus Epiſcopus Spiren.

Iohan. Episcopus Meten. & Tullen. dux Lotharingia.  
 Vuilhelmius Argentin. Episcopus. I. ant grauius Alsatis.  
 Christophorus Episcopus Auguston.  
 Christophorus Episcopus Brixinensis.  
 Christophorus Episcopus Tridentinus.  
 Christophorus Episcopus Labacen.  
 Christophorus Episcopus Secouien.  
 Iohannes Constantien. Episcopus.  
 Philippus Basilien. Episcopus.  
 Vuolfgangus Episcopus Pataviu. Comes à Salms.  
 Pangratius Ratisponen. Episcopus.  
 Georgius Episcopus Leodien. dux de Bullion.  
 Valentinus Hildeshaimen. Episcopus.  
 Adrianus Sedunen. Episcopus.  
 Franciscus Episcopus Monasterien. & Osnaburgen.  
 N. Episcopus Traiecten.  
 N. Episcopus Curien.  
 Georgius episcopus Razenburg & Libusii.  
 Baltasar episcopus Lubecen.  
 Sigismundus episcopus Mersburgen.  
 Baltasar episcopus Vrlatislaiuen.  
 Georgius episcopus Olmucon.  
 Antonius A Granuella episcopus Atrebaten.  
 Fridericus episcopus Viennensis.  
 Georgius episcopus nouæ ciuitatis.  
 Paulus episcopus Tergestinus.  
 Iohannes episcopus Misnen.  
 Hieronymus episcopus Kiemen.

PRO CATHOLICIS  
ET EPISCOPI.

Minden. Slesuicen. Padeborn. Bardicen. cū alijs.  
Caminen. Suerinen. Tornacen. Gebemoæ.  
Iosannæ. Gurcen. Leuanti.

Principes sæculares.

Fridericus Comes palatinus & Bauariæ dux.  
Vuolfangus frater eius.  
Vuilhelmus Comes palatinus Rheni, Superioris &  
inferioris Bauariæ dux.  
Ludouicus Co. Pal. Rheni, Superioris & inferioris  
Bauariæ dux.  
Otto Henricus, & Philippus: fratres Co. Palatini  
inferioris & superioris Bauariæ duces.  
Iohannes Co. Pal. dux Bauariæ Comes in Spanhaim.  
Fridericus dux eius filius.  
Antonius dux Lotharingiæ, & bari Marchio ponten-  
monson, & filius N.  
Vuilhelmus dux Iuliacen. Cleuen. & in bergen.  
Henricus dux Brunswicen. & Lunenburgen.  
Albertus dux Megalepolen. dominus in Rostock etc.  
Carolus dux Sabaudia.  
Christophorus dux Vuirtenbergi.  
Ernestus Marchio Baden. & Hachburgi.  
Et nepos ex fratre Bernharo.  
N. Marchio de Seneta princeps Vrangia, comes  
in nassaw.  
Georgius, & Iohannes: fratres Lantgrauii à  
Leuchtenberg.

Omitto Comites principales de Hennenberg, Nassau, Anhalt, Comites & barones de Montfort, Furstenberg, Oetigen, Hohenlock, Lupfen, Sulz, Zollern. Leningen, Eberstain, Ortenberg, Liechtenstain, Reineck, Hanaw, Helfenstain, Castel, Mansfeld, Salm, Solms, Pitsch, Hagen, Peuthlingen, Meulingen, Tun- gen, Tibingen, de Gerolzeck, Dapiferos De Walt- burg, Rapaltstain, Semperfreide, Limpurg, de Stauf- sen, Kinjeck, Falckenstain, Zimmern, Topheln, Te- genberg, Gündelzingen, Morsperg, de Scala Veronen. Et alios innumeros mihi ignotos.

Ita de ciuitatibus se uehementer reddit suspectum Bucer, cum plures ciuitates ferme omiserit, quam nu- merauerit, Augustanum recessum acceptates, s. Buch- horn, Dortmund. Fridberg, Gminda Sueuiæ, Gelnhau- sen, Kaufbeyren, Leykirch, Milhausium, Offenbur- gum, Rotweilam, Tullum, Vuerdeam Sueuiæ, Vuim- pinsam, Vuezflariam, Vueilam ciuitatem, Zellum.

Insuper inter suæ sectæ oppida recenset: Bibracium, Dinckelspiel, Goslariâ, Gengen, Campodunum, Nort- hausium, Nerlingen, Gengenbacum. Cum autem illa fidem dederint se recessui Augusten. & diuo Imp. ac catholicis principib. se adhesuros, non credo uiros ger- manos semper Constantes & fidei obseruantes, tam instabiles, ut à fide semel data, tam leuiter excide- rint, & à domino eorum naturali, ac potestate eis à DEO data, Imp. gloriosiss. Carolo recesserint. Addo quod Bucerus miscuit Zunglianos Ludderanum: quid

APOLOGIA PRO

enim Argentoratum, Augusta, Constantia, Vlma, Me-  
nunga, Lindauis, Isna, commune habent cum Nurm-  
berga, Hala Sueuorum Hailbronna Madeburgo Got-  
tinga & aliis Ludderanis ciuitatibus. Sed nolo esse hic  
Aristarchus aut Palæmon.

Apologia pro Se. Ap. legato Gaspare à  
Contarenis opt. viro.

**D**Um hæc uelirentur in comitiis, & iam do-  
minus Buceranus se aperiret, factum est, ut ad Ca-  
sarem quoque penetrarent (cuius cor est in  
manu Dei) de articulis male & fraudulentè ac fu-  
cate conciliatis: Illius confessor ordinis prædicatorii  
& eruditione & sanctimonia uitæ insignis, Theolo-  
gos uocauit imperiales uiros in Theologia doctissimos  
Hispanos & Flandros: quibus difficultas negotii pro-  
posita fuit, & ad Se. Ap. legatū remissi, qui et alios ui-  
ros oppidperuditos ad se uocauit, ut rem expenderet,  
& quorsum tendebant laquei articulorum conciliato-  
rum. Quam uoluissim interesse huiusmodi congrega-  
tionibus, sed tanta egritudine premebar, ut medicis mihi  
non modo lectionem, sed etiam speculationem, aut me-  
ditationē subtilem interdiceret, cum membra mea ita  
essent languore delassata, ut nec equo aut curru uehi  
possem, minus pedibus incedere: Ad hæc delatum est  
ad aures pientissimi patris legati, ut Bucerus & sui  
iubilarent, quoniam Cardinalem ipsum haberent pro  
se in articulis concordatis: ideo confestim tertium scri-  
ptum diuo Imp. Carolo augustiss. ac catholicis prin-  
cipi

Eckii no-  
tum.

cipibus & ordinibus Imperii transmisit, abunde ac aperte animi sui sententiam declarans.

Scriptum legati apostolici ad diuum  
Imp. ac ordines Imperij.

**N**os Gaspar miseratione diuina Tituli Sancti Apollinaris S. Rom. Ecclesiae Presbyter Cardinalis, Cātarenius, Sanctissimi Domini nostri Papae, & sanctae sedis apostolicae, in partibus Germaniae, de latere legatus. Postquam scripturam nostram, quam nuper in negotio religionis super tractatū Colloquutorum à Cæs. Maiestate, in eadē Religionis causa deputatorum, eidem Cæs. Maiestati obtulimus, uariam à Principibus, & Statibus imperij interpretatiōnem fieri intelleximus, quibusdam ita interpretantibus, quasi quosdam articulos, quos quidam concordatos esse contendunt, acceptandos, & usque ad futurū Conciliū tolerandos, & ab omnibus seruandos esse uoluerimus, aliis contrariis putantibus, nos totum hunc Colloquutorum tractatum, omniaque, quae in ipso acta, & quomodocunque disputata sunt, ad decisionem summi Pontificis, & apostolicae sedis in concilio generali, & cæt. remisisse. Nos, ne ulla in hac parte dubitatio relinquatur, sed ut mens, & uoluntas nostra clare intelligatur, sic mentem uoluntatemque nostram declaramus, nihil in hoc toto negotio, per praedictam nostram scripturam quacunque ratione decidere, aut quòd aliqui articuli praedicti tractatus acceptentur, aut usq; ad futurū Conciliū tolerarētur,

APOLOGIA PRO

uel seruentur, diffimire uoluisse: sicut nec adhuc quidem decidimus, aut diffimimus. Sed tractatum prædictum totum, omnesque eiusdem articulos summo pontifici & apostolicæ sedi, in concilio generali uel alio modo, ut in scriptura diximus &c. diffiniendum remisimus, quemadmodum & adhuc remittimus, quamquidem sententiam nostram, etiam Cæsareæ Maiestati ore declarauimus, ita nunc hoc scripto testamur, & confirmamus.

Ita est, G. Cardinalis Contarenus Legatus scripsit.

**A**D hæc Bucerus cum suis spargebat famam, & iam sibi pollicebantur nationale Concilium à piissimo Augusto Impe. Carolo impetratum, si non celebraretur generale concilium, in quo Papa & sui, nullam de religione cognoscendi potestatem haberent. Prudentissimus D. legatus, & fidei catholicæ sancte affectus, pro iniuncto & debito officio suo, monuit ordines imperii super ea re literis suis.

Scriptum Se. Ap. Legati ad ordines imperij de nationali concilio.

**R**euereudissimi & Illustriss. Domini, cum peruenit ad aures nostras, quod in determinatione huius conuentus Imperialis tractatæ controuersie fidei remittantur ad Concilium uniuersale, quod si celebrari non posset, tunc remittantur ad concilium nationale &c. Animo perpendentes quam magni præiudicii esset, si controuersie fidei remitterentur

tur ad Concilium unius nationis, officii nostri putamus esse, commune facere dominationes uestras Reuerendas, & illustriss. ut additio illa de Concilio Nationali omnino tollatur. Nam perspicuum est, in nationali concilio nullo pacto posse determinari controversias fidei: cum hoc concernat Statum uniuersalem Ecclesie. Et quicquid ibi determinaretur, esset nullum, irritum & inane. Quod si à dominationibus uestris Re. illustriss. factum fuerit, ut certe nobis persuademus, quemadmodum gratissimum erit sanctitati pontificie, quæ caput est ecclesie, & conciliorum omnium, ita e contra erit ipsi molestissimum, si secus fieret. Nam clarum est maiores seditiones in controversiis religionis hoc pacto orituras esse, cum in aliis nationibus, tum in hac uestra nobilissima prouincia, hoc officium nolimus obmittere, tum ut pareremus mandatis sanctitatis sue, tum etiam, ut non deessemus officio personæ Legati nobis à sede Apostolica iniunctæ Ratisb. 26. Iulii.

Paratissimus ad obsequia dominationum uestrarum reuerendissimarum, & illustrissimarum.

Gasp. Cardinalis Contarenus Legatus.

Ad hoc scriptum legati, Ordines Imperii responderunt, vt sequitur.

**R**euerendissime in Christo pater, sanctæ Rom. Ecclesie Cardinalis, & sanctissimi Domini nostri Papæ, à latere legatus, Domine colendissime. Reuerendissimi, & illustrissimi sacri Romani Im-



A P O L O G I A P R O

perii electores, aliique principes, & Status, ex scripto  
 Reuerendissimæ dominationis uestræ eisdem oblato,  
 intellexerūt. Re. Do. uestram petere, quod iidem prin-  
 cipes & Status ex determinatione Recessus huius Im-  
 perialis Conuentus, qua tractarunt, ut si concilium  
 uniuersale celebrari non posset, tunc controuersie  
 fidei ad concilium nationale remittantur, illam addi-  
 tionē de Concilio nationali omnino tollere: Cum per-  
 spicuum sit, in nationali concilio nullo pacto posse de-  
 terminari controuersias fidei. Et quicquid ibi deter-  
 minaretur, esset nullum & c. Prout hæc omnia in præ-  
 tacto Re. Do. uestræ scripto plenius continentur, &  
 explicantur, ad quæ præfati principes, & Status Im-  
 perii respondent R. D. uestram promouendo, & sancti-  
 dominum nostrum Papam indicendo, & citra ulterio-  
 rem procrastinationem celebrando Concilium uniuersale,  
 facillime præcauere posse, ne subortas fidei, &  
 religionis nostræ controuersias in concilio nationali  
 tractari ac determinari oporteat, id quod omnes huius  
 Imperii status plurimū optant, & obmixe rogāt.  
 Sin autem conciliū uniuersale toties pollicitum & iam  
 à Re. D. nostra, iterum promissum, per sedem aposto-  
 licam, ad effectum suum non fuerit deductum, euidēt  
 profecto huius imperii, & præsertim nationis Germa-  
 nicæ necessitas ex postulat, controuersias istas in religio-  
 ne nostra excitatas, in concilio nationali, aut si ne  
 hoc quidem congregari poterit, in alio imperiali con-  
 uentu præsentē, tum, & hoc negotium dirigente ali-  
 qua

quo legato sedis apostolicæ, sufficientibus ad hoc eiusdem se. apostolicæ facultatibus suffulto, concordari, ac diffiniri, ut enim in tot, tantisque opinionum varietatibus hæere, nedum periculosum, sed etiam intolerabile foret. ita e contra prædicti Principes & Status nihil uehementius exoptant, quam illas controuersias, legitimo & debito modo ad concordiam Catholicam redigi, nõ diffidentes, quin Re. Dominatio uestra, eam ad rem suam quoq; promotionis auxilium sit collocatura. Et sanctiss. dominus noster pro debito pastoralis officii sui authoritatem suam interponere non sit recusaturus. Dat. Ratispo. 26. Iulii. Anno. 41.

Repulsio eorum quæ Bucerus cum suis in Se. Ap. legatum Impudenter scripsit.

**E**T si neminem dubitem futurum, qui hæc scripta Reuerendissimi D. Legati Contareni legerit, modo candidi sit iudicii, & honestatis ac ueræ religionis amans: qui nõ probet illa esse docte, prudenter, ac catholice scripta: tamen Bucero & suis nõ satisfaciunt: quia multum aceti habet in pectore, plus fellis & bilis, Stomachum habet corruptum, palatum infectum; plenus probri, uenerando sermone multis modis absque ulla causa iniuriatur: Non possum me continere, quin pro ueritate fidei asserenda, & mea in Se. Ap. obseruantia ( utcumque sæpe diuexer à Curia Romanæ sectatoribus ) respondeam illius conuiciis, sed breuissimè.

APOLOGIA PRO

Offensio prima.

**Q**uia Reuerendiss. D. Legatus in primo scripto ad Casaream Maiestatem narrauit protestantes in nōnullis articulis discedere à communi consensu ecclesiae catholicae: Insurgit Bucer contra hunc uenerandum ac doctissimum patrem, nihil reueritus personam, cuius legationis munere fungitur, aut sedem apostolicam: accusat eum, quod inique eos taxauerit & sugillauerit iniqua criminatione.

1 Quia nec Legatus, uel quisquam alius unquam euit cet eorum doctrinam, à communi consensu ecclesiae uariare.

2 Communis consensus non est is, in quo iam consentiunt, qui Romano pontifici parent: sed in quo omnes omnium saeculorum sancti ab initio usq; ad finem mundi, patriarchae, prophetae, apostoli, pastores & doctores consentiunt.

3 Qui eadem de deo ac domino nostro Iesu Christo, de eius ecclesia, Euangelio, sacramentis & disciplina sentimus, confitemur, docemus, cum illis.

4 Quae reiecimus et correximus, eiusmodi sunt ut sicut cum scripturis, ita & cum consensu illo ecclesiae catholicae pugnant.

Repelluntur illa.

**Q**uod tam impudenter negat Bucer, neminem uicuisse eorū perfidam doctrinā uariare à communi cōsensu ecclesiae: cum hoc doctissimi uiri irrefragabiliter euicerint: & ut ex multis paucissimos nune  
rem

Doctissimi  
uiri scriben  
tes contra  
Ludderum.

rem. Vbi respondistis Catharino, uel Corcyren. episco-  
 po Marcello, aut Alberto pio Carporum principi ue-  
 stra dogmata confutantibus in Italia? Vbi Hierony-  
 mo Emsero, ubi Dietenbergio uel Schazgero, Fabro uel  
 Cochleo uestra improbantibus in Germania. Vbi tela  
 repulistis Iodoci Clitouei, & almæ facultatis Theolo-  
 gicæ Academia Parrhisien. in Gallias Potuistis ne mu-  
 tire uerbum aduersus scripta Iohan. Episcopi Ros-  
 fen. Guilelmi Rossei, ac Edoardi Poueli uos condem-  
 nantium in Anglia cum Academia Oxonien. Respon-  
 dete adhuc si libet, his quæ Alphonfus Zamoren. in  
 Hispania contra uos asseruit, & Alphonfus de uilla  
 sancta: Et ego qui cū paupercula ara minuta duo nisi  
 in gazophylacium, scripsi & euici, contra errores ue-  
 stros in quibus dissentitis à cōmuni totius ecclesiæ ca-  
 tholicæ consensu, de primatu Petri & se. ap. libros III. Ecllii scri-  
 De sacrificio missæ libros III. De pœnitentia & eius pt. 4.  
 partibus li. III. De purgatorio li. III. De imaginibus  
 non tollendis li. unum, cum multis alijs. Vbi Endymio  
 nis somnum dormiuerunt Gigantes illi, Terræ filii:  
 si non fuerunt uicti, cur non responderunt? Imò ubi eis  
 monstrantur contrarietates & contradictiones scrip-  
 torum suorum, magis muti sunt quàm pisces, ut ad anti-  
 logias Fabri, ad cōtradictiones f. admirati Fundling  
 & tot septicipicia Cochlei.

Laus DEO, & se. Ap. qui nobis legatum dedit tan-  
 ta eruditione insignem, siue scholasticos Theologos,  
 aut ecclesiasticos patres, aut ipsam Canonicam scrip-  
 turam

APOLOGIA PRO

turã tractare uoluerimus, potis est errores Bucerii uocare, siue Latio idiomate cum eo agant, aut si malint Græcam linguam.

2 De secundo, præter omne decorum & rationem negant eum esse communem consensum ecclesiæ catholicæ, qui est omnium qui parent Romano pontifici: cum à Christo passo omnes habiti sint schismatici, qui illorum consensum non sequerentur. & totus orbis Christianus in his quæ sunt fidei Ecclesiam Romanam & apostolicam ueneratur & sequitur. Sed diu delirant sibi fingentes ecclesiam occultam, & Mathematicam: Iam etiam sanctulos somniaut occultos & ignotos, pastores & doctores mathematicos, quos nemo uidit, consentientes per omnes ætates usque ad finem mundi. Ac euidenter superius ostendimus Missam à Christo passo habitam ab omnibus sanctis pro sacrificio, & pro uiuis & defunctis celebratam: Idem de inuocatione sanctorum de primatu S. Petri & Se. Ap. de confessione & satisfactione, Ne existens in sacerdotio matrimonium contrahat, de mutatione panis in Eucharistia

Ludderani de uotis maxime monasticis, & aliis: Vt non possit non repulerunt extreme temerarius esse, qui tot sæculorum & omnium sanctos per diametrum aduersatur, ut illi tres. faciunt. Multis enim annis noluerunt sanctos doctores euocari in duellum contra se. Hoc unum reboabant,

Ludder contra Aug. Patres, Patres, pro nihilo illos ducentes: sicut eorum patriarcha Luter superbissime iactabat in disputatione Lipsica, citato per me Augustino, etiam si mille Au

gustini hoc dicerent, ipse solus uellet eis repugnare. O  
luciferianam superbiam.

De tertio audet proponere Bucer omnium ætatum 3  
sanctos eadem docuisse de Christo, ecclesia, sacramen-  
tis &c. quæ ipse cum sectariis suis docet. At ueni huc Errores hæ  
subferulam Bucere, & ostende, quis sanctorum un- reticis speci  
quam docuit, Spiritum dei esse uicarium Christi in ec- aliter Buc.  
clesia, non Papam: quod Bernæ in disputatione fol. 8.  
affirmauit tuus Haller, quem defendebas contra Ale  
xium. Grat S. Dominici sacerdotem: Hoc autem non  
est Christianum, sed Macedonianum. Quis sancto-  
rum unquam docuit, quod tu asseris, Humanitatem  
Christi omnino sicut alium sanctum, uere & natu-  
ra hominem, non cogitasse semper, nec dixisse, nec uo-  
luisse, nec aduertisse omnia, ut quidem ex eo uolunt fa Obasphe-  
cere hominem omnipotentem. Adfer sanctorum ali- miam.  
quem, qui te hanc docuerit impietatem, in iniuriam Ioh. 1  
Christi saluatoris. S. Iohannes te hoc non docuit, qui Col. 2  
inquit: Vidimus eum plenum gratia & ueritate. Non Isa. 2  
S. Paulus, qui testatur omnes thesauros sapientiæ & Ioh. 3  
scientiæ absconditos in illo. Non Isaias, qui de eo pro-  
testatur. Requiescet super eum spiritus sapientiæ, &  
intellectus: at Baptista teste, non dedit ei Deus spiri-  
tum ad mensuram. Si ergo dona spiritus sancti habuit  
nō ad mensuram, ergo & sapientiam: scit ergo omnia.  
Neq; hanc impietatē didicit à S. Augustino, Fulgētio,  
uel Gregor. à magistro citatis in textu. Sed unde impe  
ge

APOLOGIA PRO

gerit, ex uerbis suis capimus: quia sicut benedicta humanitas Christi non est omnipotens: Ita non creditur eam esse omniscientem: si uellet à catholicis doceri, inueniret apud eos rationem diuersitatis. Et ne quis arbitretur hunc errorem excidisse Bucero, ipse illud reputat commentum Christum in instanti conceptionis fuisse perfectum: At sancti nõ dicunt hoc esse commentum, sed propheticum: quia recte Hieremias dicit: Nouum faciet dominus super terram, Fœmina circundabit uirum, quia in utero uirginis Christus perfectus uir extitit, non solum propter animã & carnem, sed etiam propter sapientiam & gratiam, qua plenus erat, ut cunq; stomachentur ueteres & noui hæretici.

Super lu. 4

Hier. 31

Bucer non sentit cum sanctis.

Noui Error res Buceri.

Math. 28.

Psal. 20

Ioh. 20.

Audes magno mendacio in spiritum sanctum asserere, te eadem sentire & confiteri de Christo, quæ sancti: sed profer aliquem sanctorum, qui negauerit Christum resurrexisse clauso sepulchro, aut ad apostolos ingressum clausis ianuis, quæ tu pertinaciter negasti Bernæ, ut in actis Fol. 16. Aliter Matheus scripsit: Angelum descendisse de coelo, qui accedens reuoluit lapidem & sedit super eum. Christus aut iam surrexerat, sicut testatus est mulierib; Surrexit, nõ est hic. nisi impietate impietati addere uelis, Christum eguisse auxilio angeli in amotione lapidis: cum teste Dauid, ascendens in celum exaltatus fuerit in uirtute sua: cur non potuit etiam resurgere in uirtute sua? Sic Iohannes meminit: Cum sero esset, & fores erant clausæ, uenit Iesus, & stetit in medio eorum. quid attinebat meminisse clausuræ

suræ, si per illas Christus non intrasset? Ideo præclare ait Theophylactus: Clausæ autem erant fores, ut ostendat, quod ita surrexit supraposito lapide super se pulchrum. Ita natus est Christus ex Maria uirgine, non læsis claustris uirginitatis, utcumque impii aliqui nostra tempestate non sunt ueriti uirginitatem Mariæ incesse.

Si es probus Bucere, prodeas & ostende, qui sancti senserunt & docuerunt, quod tu asseris. Errorum in si Impius er- de non nocere, modo quis credat, Christum nos saluos ror Buceri. fecisse et redemisse, sicut tu docuisti Bernæ: et pertinacius subinde dixisti, ut habetur in Act. Qui semel credidit, dominum nostrum Iesum Christum eum redemisse, ille habet sigillum spiritus sancti, & nunquam potest peccare ad mortem. quos Christianos hic nobis creabis temerarios, omni flagitio plenos & sceleratos: quid boni facient, aut quæ mala omittent decepti huiusmodi doctrinæ pallio, quam à Iouiniano hausit, non ab aliquo sanctorum Bucerus.

De quarto, affirmas te talia reiecisse cum tuis, quæ 4 repugnent communi consensui ecclesiæ catholicæ, hoc perperam à te dictum, & rudis populi seductiuum, Impugna- ex superioribus liquet: at ulcus tibi aperiam, ut sanies ta à Buce- & purulentia effluat ex Herpeta tua. Nō credis cum ro, sunt cō- sanctis & amicis Dei, non eadem sentis: neque doces tra commu- quæ illi electi docuerunt, neque ea repellis & reicis, nem con- quæ homines Dei reiecerunt: sed illorum expetis con sensum. sensum, omnium uidelicet hæreticorum quos tibi supes- rius



APOLOGIA PRO

Præceptor-  
res Buceri.

rius per digitos numeravi, scilicet: Vigilantiū, Ioninia-  
num, Vuiclephum, Hussum, Berengarium, Vuilhel-  
mum de sancto amore, Segnerellum, Marsilium de Pa-  
dua, Albigen. pauperes de Lugduno, Catharos, Val-  
den. Heracleonitas, Erianos, Pepucianos, Lamperianis-  
stas, Artocyritas, Donatistas, Ascitas, Quintillanos,  
Begardos, & alia portentosa & monstra ab ecclesia ca-  
tholica damnata, & præcisæ Antichristi membra.

Offensio secunda.

Honestissi-  
ma propo-  
suit D. Le-  
gatus

**P**Rudentissima & sancta fuit D. Legati admoni-  
tio ad Archiepiscopos & Episcopos: tamen offen-  
dit Bucerum, à qua debebat edificari. Ipso enim  
Bucero referente, Admonitio legati in eo fuit tota, ut  
temperarent luxum, promoverent studia literarum,  
fouerēt literatos, præficerēt ecclesiis idoneos. Si micam  
bonestatis in se habet Bucer, nihil est hic quod eum pos-  
sit offendere, nisi propria malicia. Tamen inuenit alia  
qua quæ mordeat.

- 1 Quia de neglectu & uiciis doctrinæ, nihil dixerit.
- 2 De neglectu disciplinæ & cæremoniæ, nihil.
- 3 De manifestis superstitionibus, & impietatibus nihil.
- 4 Quæ admittuntur in cultu & cauponatione Missæ-  
rum, diuorum ossium, imaginum, ac statuarum uendi-  
tarum sub diuorum nominibus, nihil.
- 5 De manifesta Simonia, impioque ambitu, nihil.
- 6 Inter argumenta mouentia, erant præcipua, quæ à iu-  
dicio uulgi & emulatione sectariorum ducebant.

Repelluntur illa.

**H**oc solum præfabor, R. D. legatum non institu-  
 isse hic Synodum, ut canonibus omnia uicia cle-  
 ri reprimeret: sed exhortationem dumtaxat Momus  
 fecit, admonēs episcopos ea facere, quæ debent. Vnde Bucerus  
 ea quæ dicit legatum in admonitione proposuisse, eius  
 modi sunt, quæ nemo bonus carpere potest: nisi ut te-  
 tricus & inuidiosus Momus, dum Venerem culpæ  
 non posset, sandalium reprehendit: sed uideamus, in  
 quibus offensus est Bucerus à pietissimo legato.

Quia nihil egit de uiciis doctrinæ in Episcopis, ni- 2  
 mirum illi erant catholici & obedientes filii Sedis  
 Apostolicæ, Petri fidem & cathedram sequentes: si  
 uobiscum egisset, nouisset pro sua prudentia, quid  
 facto opus fuisset.

Disciplinam non fuisse neglectam à legato iam in 2  
 sine sole clarius ostendimus.

Superstitiones quas apostata appellat & impietates, 3  
 non dubitamus à Deo approbari ueram religionem  
 & pietatem.

Idem idem iudicandū, quia biliosus uilitigator im- 4  
 probat munia, et officia religionis nostræ sanctæ, cū ip-  
 se prophanus & sacrilegus ab omni sanctitate sit alie Math. 9  
 missimus: si simbria Christi tactu attulit mulieris, sanita-  
 te: cur nõ ossa, & reliquias sanctorū ueneremur, cū  
 ad contactū etiam ossum Helisei mortuus reuixerit: 4. Reg. 15  
 Cæpanationē missarū exprobrat, uerbo mire odioso:

Cum

271 APOLOGIA PRO

1. Cor. 9

Cum pauper sacerdos de uiginti missis florenum accipit renensem pro sustentatione uitæ suæ, nudinatur: at si Luteranus prædicans uerbum Dei accipit trecentos, quadringentos florenos in auro: illi non nudinantur: si uobis spiritualia seminamus, ex apostolo se excusant, cur non temporalia metereamus.

Ro. 2

Recte quidem, nec ego improbo: sed quod uobis estis tam indulgentes, & pauperibus sacerdotibus tam iniuri, hoc est quod reprehendo: cum continenter in eodem loco legunt apud Paulum: Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant. Perfecto mihi stomachum mouet aliquando præpositi pingues, & prebendosi canonici, quando sugillant pauperes sacerdotes celebrantes pro paucis nummis missas: cum ipsi nunquam uel raro celebrent, aut non sint sacerdotes, utinam pensum horarum canonicarum persoluerent: & tamen uberes habent prouentus, ac lautissime uiuunt de patrimonio crucifixi: in quo alium iudicatum te ipsum condemnas ait Paulus.

De manifesta Simonia, cum uitium sit illud omnibus notum, quid erat necesse multa uerba iactare: nõ erat institutum prudentissimi domini legati synodum celebrare cum præsentibus Episcopis, sed paterne ex officio admonere.

Decet perorantem ea sumere, quibus mouere possit auditorum animos, ut in Euangelis uidemus, quàm humiles attulit parabolas Christus, quàm sæpe ab amu-  
la-

latione urget auditores de Niniuitis, de regina Saba, Simonē increpauit ab æmulatione Magdalena, Iudæos ab æmulatione gentilium, ut de leproso.

Alia repulsio offensionis.

Summarē

**E**t si sufficiat, & sufficere debeat cuique corda- um admo  
to uiro, quæ attulimus in defensionem Amplissi- nitionis  
mi, & oppido uenerandi D. legati: at tanto ar- legati.  
tificio exhortationem proposuit, ut nullo egeat aduoca  
to. Res ipsa loquitur omnibus nobis tacentibus. Nam  
captata primū beneuolentia, mox hortatur eos ad ho- Prælati.  
nestam uiuendirationem, ut fideles dispensatores in-  
ueniantur et pastores: hortatur scandala uitari uolu-  
ptatis, auariciæ, ambitionis et luxus, cum epularum,  
cum uestium & apparatusum. Nonne hoc est absolute  
& rotunde explicasse, ea quæ concernebant personas  
ipsas episcoporum?

De familia uero monet ut honesta comparetur unde 2  
populus edificetur: alioquin populus iudicat episco- Familia.  
pum ex moribus familiæ: Et hoc quidem prudenter  
& recte dictum.

Curam subditorū ita eis iniungit, ut in locis ubi habi 3  
tant provideant si quid hæresis obrepat, confestim me Subditi  
deantur: In aliis locis faciant per exploratores (Hoc  
est quod punxit Bucerum & suos) Tertio uisitent  
sæpe dioceses, & quarto ut curent uigere cultum di-  
uinum in ecclesiis, & quinto ut beneficia probis & ido-  
neis conferantur: quid Zoilus ad hæc sancta monita ob-  
iicere poterit? Modo post quàm egit de personis, modo

transit ad res.

4 **Redditus ecclesi.** Hortatur ut redditus episcopales non in luxum & ad pompam expendantur, sed pauperes foueantur, & necessitatibus humanis subueniatur: quid salubrius de externis dicere potuit?

5 **Prædicatores.** De prædicatoribus monuit, ut probi & docti, potentes uerbo & exemplo comparentur, qui non sint contentiosi, sed uideantur potius amare, quàm odire etiã aduersarios, & eorum optare salutem: & quid prudentius consulendum quis existimat?

6 **Iuuentus.** De iuuentute instituenda monet deligendos magni nominis præceptores catholicos, quorum fama allecti scholastici sturmatim aduolent, & cum bonis literis, catholica quoq; doctrina imbuantur: Episcopi quoq; parentes moneant, ne liberos suos ad gymnasia mittant, ubi religio Christiana & catholica non obseruetur: profecto nihil uideo quod hic iure reprehendi possit:

**Plutarchus Gellius.** Cum tanta cura Philippus Macedo de præceptore filio suo Alexandro prospexerit.

7 Concludit breuissime & elegantissime, ut liquet legenti finem scripti.

Offensio tertia.

**B**ucer sub nomine Melanchtonis responsum adfert, quod siue sit Melanchtonis (qui solet tamen esse mitioris ingenii) siue ex Buceri officina prodierit, parui facio: hæc autem eum, licet immerito offendunt in scriptis primo & secundo legati pontificii. Erasmus in bona spe Contarenum collaturum aucto- ritate

ritatem suam ad propagandam ueritatem, sed censura  
 ipsius de libro & nostris articulis, non respondet expe-  
 ctationi nostræ.

Lædimur ab eo, cum nihil profiteamur, quod pugnet 2  
 cum sanis iudiciis piorum in ecclesia Christi: Imò loci  
 aliquot per nostros pie illustrati sunt: & tamen in cen-  
 sura dicit, nos dissentire à communi consensu ecclesiæ.

Iubet episcopos aduigilare, ut doctrinā nostrā dele- 3  
 ant, cum nostri reprehenderint errores uagos in ec-  
 clesia: qui nō possunt dici consensus ecclesiæ catholiæ.

Quia sparsi sunt contra Euangelium, quibus auctori- 4  
 tatem addiderunt magnorum hominum & multitudi-  
 nis exempla, & diuturnitas temporis, Cum tamē con-  
 sensus ecclesiæ catholiæ sit, in prophetis & apostoli-  
 cis scriptis & sententiis.

Scit Contarenus qui sent ecclesiæ morbi, in missis, in 5  
 inuocatione sanctorū, in coelibatu, quia populus nō re-  
 cte docetur de poenitentia, de fide seu fiducia in Chri-  
 stū. Videt monasteria, Canones recentiores plenos su-  
 perstitionū, Theologiā Monachorū esse dilutā ac uete-  
 ri dissimilē. In his abusibus à multitudine dissentimus,  
 sed à consensu ecclesiæ catholiæ non discedimus.

Quia non desperat concordia, sciat nos nō recepturos 6  
 errores quos taxamus, quos ipsi noua asperitate defen-  
 dunt: cū multi sint interfecti pii homines & docti pro-  
 pter hanc doctrinā: Quam se uiciā confirmat Contare-  
 nus, dū iubet Episcopos cauere, ne hæc labes irrepāt in  
 dioceses, sed medicinā adhibeāt, s. iustiores & necesse: quæ

APOLOGIA PRO

remedia noua sunt in ecclesia.

- 7 Quæ non deberent probari ab eo, qui uult perhiberi autor pacis: sed episcopi retinerent facile auctoritatem suam, si emendatis abusibus, consulerent piis conscientium mansuetudine.

Repulsio offensionis.

Supra-  
pistola  
ad Timo.

**E**X his quæ respondimus ad offensionem primam, etiam huic satisfactum est: at intiuere catholico lector quàm uere dixerit Ambrosius, Hæreticorum quidam patientiam fingere solent, quamuis à catholico non possint audire aliquid asperum, ut commendent sua praua colloquia. Pientissimus D. Legatus egit cum Reuerendiss. Archiepiscopis & episcopis nomine S. D. N. id quod sui fuerat officii. Si prorsus tacuisset, iterum fuissent conquesti Se. Ap. ac legatos eius nihil agere pro bono regimine ecclesiæ. At cum is egit & prudenter & commode, displicet Neochristianis, cum paucis & mitibus uerbis eos attigerit, quia dissentiant à consensu ecclesiæ, toti sunt in furis. De Melanctonis epistola nihil compertihabeo: Is qui in medium eam protulit, Bucerus, respondeat.

1 Recte sperastis de optimo uiro, qui & pro officio suo laborauit ueritatem propagare & non defuit expectationi uestræ, sed uobismetipsis: qui oblatum Euangelii solem recipere nolulistis: & dilexistis magis tenebras errorum uestrorum, quàm lumen ueritatis in ecclesia accensum.

2 Lædimini nõ ab innocuo legato, sed à uestra malicia,  
quo

quā pertinacius adhæretis erroribus ante tot sæcula;  
 Et aliquot centenis annis condemnatis: uos autem pun-  
 gnare cum piis, Et à catholica ecclesia dissidere, aperte  
 superius euicimus. Vana est arrogantia Et cassa muce  
 inanius, aliquos locos doctrinæ per uos illustratos: cū  
 tot tenebras errorum offuderitis, quibus Et uos cæci,  
 Et multos cæcos uobiscum fecistis: sed impletis quæ  
 Christus prædixit: Surgent enim Pseudoprophetae, Mat. 13  
 qui dicēt, Ecce hic est Christus, aut illic: nobis nebulas  
 caligines Et tenebras pro luce ostendentes: at monuit  
 nos Christus, nolite credere. Vere autem dixit amplis-  
 simus D. Legatus, uos discedere à communi consensu ec-  
 clesie, de quo mox plura.

Adhortatus est Legatus episcopos, ut præuideant si 3  
 quid labis huius obrepserit: Sancte Et salubriter mo- Super e-  
 nuit: quia hæresibus celeriter est obuiandum, ut B. Hie- pistola  
 ron. admonet. Arrius parua scintilla fuit in Alexan- ad Gal.  
 dria: sed quia non statim oppressa est, totum orbem po-  
 pulata est. Vnde pius Et doctissimus pater legatus se-  
 cutus est B. Paulum, qui uocauit maiores natu ecclesie Act. 20.  
 apud Ephesum admonuit eos: Attendite uobis Et uni-  
 uerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos  
 regere ecclesiam DE I, quam adquisiuit sanguine suo:  
 Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam  
 lupi rapaces in uos, non parcentes gregi: Et ex uobis  
 ipsis exurgent uiri loquentes peruersa, ut adducant  
 discipulos post se. Ausculta Bucere, an non hic te Pau-  
 lus et tui similes suis pinxerit coloribus: Neq; releuat,  
 V.iii. quod



APOLOGIA PRO

Hier. 2

Psal. 79

Luter.

quod adiecisti reprobatos errores: utinam reprobaſſes, sed tu ſepultos cineres errorum reuocaſti, fodiſti ueteres ciſternas hæreticorum: quæ aquas continere non poſſunt, & audes uenditare pro ueritate, cum nulla unquam hæreſis ſurrexerit, quæ tot errores ſuſcitarit & inuexit, ſicut illa Luterana: Vt de uinea ſua domini deus Sabaoth cõqueritur: Exterminauit eam a per de ſilua, & ſingularis ferus de paſtus eſt eam. quod etſi primarie a per Mahometum ſignificet, & ſingularis ferus Antichriſtum, tamẽ cum omnes hæretici ſint membra antichriſti & eius præcuſſores, recte Luter ſingularis ferus dicitur, ſingularis per tumidam ſuperbiam, ferus per ſeuam crudelitatem, quando ſcripſit & hortatus eſt Germanos, ut lauent manus in ſanguine Romanorum, & quando per eum ſeductis ruſticis & iam uictis dedit indulgẽtias nobilib. trucidantib. ruſticos.

4 Quos dixit Bucer errores uagatos in eccleſia, ſparſi ſint contra Euangelium. Hoc eſt peculiare hæreticis omnibus, ut ſigmenta ſua ex Euangelio colorare nitantur, ait Auguſt. ſuper Ioannem, & in libro 83. q. 69. Hæreticis non poteſt ſuboriri palliatuſ error nomine Chriſtiano, niſi de ſcripturis male intellectis. Et ideo Origenem ſupra induximus, & nouum teſtamentum ſuam habere literam occidentem. Occidit olim Arrium, Neſtorium, Eutycen & c. Iam occidit Baldaſarem anabaptiſtam, Luderum, Zuinglium, Bucerum, Hoſandrum. Ideo Hierony. inquit, omnia loca Euangelii, hæreticis ſunt plena ſcandalis. At ſupra ſatis oſten

Hiero.

dimus fidem per orbem terrarum diffusam, in Ecclesia catholica convenire cum Evangelio & canonicis scripturis.

Quod fatetur nostris datam auctoritatem à magnis hominibus, ac à multitudine, & diuturnitate temporis. Recte equidem, quia Christus non pateretur sponsam suam ecclesiam, sanguine suo partam & mundatam, nevis errorum tanto tempore maculari: qui Synagogam vix lxx annis permisit in captivitate corpora, quanto minus Christus sinit ecclesiam suam in captivitate diaboli & errorum mille annis & amplius, ut superius credita ab ecclesia monstravimus. Diuturnitas ergo temporis probat veritatem articulorum Ecclesiae, cum qua Christus promisit se permansurum usque ad consummationem saeculi. Recte etiam fateris Bucere, auctoritatem magnorum hominum, & multitudinis conferre auctoritatem nostris articulis, quia habemus apostolos & apostolicos viros auctores, sanctos martyres & pontifices, ecclesiae luminaria universum orbem illustrantia sanctos doctores: Nō enim Ecclesiae laeclesia in angustias cogenda est, & crypta haeretico titulum, & paruos angulos terrae, sed dilatata est, diffusa est, ultra angustias Synagoga, ut tam saepe probat Augustinus contra Donatistas, qui insaniebant, in sola Africa esse ecclesiam: & ut pulchre ait Augustinus contra Creconium grammaticum. Ecclesia diffunditur per orbem terrae, non haereses: & postea increpat eos. Cobibeant se frumentorum per totum mundum

APOLOGIA PRO

tanta ubertate impii desertores: & non audeant de quorundam zizaniorum separatorum paucitate gloriari. A latitudine ecclesie subtrahunt se pauci Donatistae, etiam inter se diuisi, hoc enim habent haeretici, ut inter se sint diuisi, ait Hiero. sicut & hodie Ludderani inter se sunt diuisi. ausim sancte iurare Zuinglianarum ciuitatum cum ludderanis Principibus et Oppidis solum simulatam esse concordiam.

**Cōsensus** Perperam & hoc allatum consensum catholicae ecclesiae consistere in prophetiis & apostolicis scriptis:

**in libris.** Antiquus serpens nouum ouum excubauit: quis unquam ita locutus est? Non est consensus hominum uiuentium in ecclesia militante? & tu nos ad mortuas pelles, ad atramentum remittis, & literam: Recedens dixisses: Scripta canonica dirigunt & instruunt, qui

**Li. I. Pe-** ea quae in uoce consistunt, signa sunt affectuum qui in  
**richer** anima sunt: Et ea quae scribuntur, notae sunt eorum quae in uoce consistunt, ait Aristot. Et Augustinus inquit, inuenta sunt etiam literae, per quas possemus & cum

**Li. 15. de** uoces in sermone nostro earum quas cogitamus signa  
**tri. c. x.** sint rerum.

**S** Quinto adfert morbos ecclesiae: At maxime fallitur, sicut infirmi qui habent infectum gustum, quicquid accipiunt etiam integri & boni saporis iudicant insipidum: sic Bucero euenit infirmo in fide catholica, & infecti gustus doctrinae iudicat insipida quae sunt optima.

optimi gustus, hoc est salutaris & Christianas doctrinas, de missa, de divinis. Et recte docetur populus de peccatis Hier. II  
 nitentia, de fide, sicut Monasteria fuerunt pietate ple-  
 na, quæ ad ventum Aquilonarem unde panditur omne I. Tim. 5  
 malum, vel sunt euacuata, vel in prophanos usus mu-  
 tata, vel nonnis plena, quæ primam fidem irritam fe-  
 cerunt. Porro Theologia monastica fuit uera, certa, ue Monachi  
 ritatis fidei explicatrix, ut Bedæ, Rabani, Haimonis, docti.  
 Bernardi, utriusque Hugonis, Lanfranci, Algeri,  
 Anselmi. Bonaventuræ, Ales, Alberti Iyræ. S. Tho-  
 mæ, quibus multi hæretici uicti, ac hæreses extirpatæ  
 fuerunt. Recentiores Theologi plusculum philosophiæ  
 admiscuerunt saluam fidei integritate. Fuerunt & seculares  
 lares Theologi expositores sacræ scripturæ fidiissimi: docti.  
 Petrus longobardus magister sententiarum dictus, Hen-  
 ricus de Gandauo, Guil. Altisiodoren. Vuilhelmus Par-  
 thisien. Petrus Aliacen. Ioh. Gerson, Hainricus Gor-  
 cheim, Hen. de Hassia, Oita, Nicolaus dinckelspiel,  
 Armacanus, Nicolaus Cusanus, Kempis, Bruno Her-  
 bipolen. Iohan. & Franciscus Pici, Summerhardus, Cli-  
 toueus, Adrianus Papa, Natalis Beda. Ioh. Roffen.  
 Hieronymus Emser, Ioh. Fabri. Ioh. Maioris, Vuimpina,  
 Ioh. Cochleus & alii. Quorum nullus Theologiam ita  
 diluit, sicut uos Neochristiani, cum Picardicis, Vuikle-  
 phicis, Hussiticis glossis & expositionibus.  
 Ex charitate & nimia mansuetudine incomparabilis 6  
 ille uir legatus pontificius persuasit sibi meliora de Bu-  
 cero & sociis, futurum scilicet, ut aliquando resipisce-  
 rent:

APOLOGIA PRO

Tit. 3.

Heretici  
agnitam  
ueritatem  
impugnant

rent: at si ista mecum contulisset, admonuissem eum de S. Paulo, qui optime nouit hereticorum obstinationem. Hereticum hominem post unam & secundam correptionem deuota, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Quod hic experimur in Bucero, qui errori addit obdurationem, & pertinaciam mentis, obiciens legato se non recepturum errores quos taxauerit. Vi tandus ergo est secundum Paulum, & suo iudicio relinquendus, unde condemnabitur. Est enim heresis pericatum in spiritum sanctum, dum agnitam impugnat ueritatem: Bucer, Blarer, Hofander, Luter & ceteri nobiscum in ecclesia emutriti sunt & edocti: illa crediderunt à pueritia quæ nos modo credimus: & non solum crediderunt, sed etiam multis annis docuerunt: orto autem sibilo & uento antiqui serpentis, superbia. s. & inuidiæ ac carnalitatibus, ueritatem illam agnitam, creditam, & ab eis prædicatam, omni conatu, manibus & pedibus impugnant.

Christianos principes non uti noua  
asperitate in puniendis  
hereticis.

Offendit Bucerum, quod plures à Magistratu interfecti sint sectarii eorum: licet hoc remittere possem ad Magistratus, qui faciliam factorum suorum redderent rationem, ut de Augustinus nis Bruxellis, Ludouico Berquin, cum sociis & Roromagen. in Gallia, Roberto et sociis in Anglia, Tauber,

Viennæ, Keser, Hugelin, Mersbergi; Kesleri in Siu-  
cia, Baldasaro parabaptista in Austria, Iohanne  
wasserburgen. Iohanne Iacobo in Leiphaim, Teusche-  
lin Rotenburgi, Cambodunensi prope Leykirchium,  
scholastico Memmingen. Thoma Mintzero, Andrea  
kretzio, & N. Elwacen. Tillinge, cum aliis pluri-  
bus pertinacibus. At quia coram Laycis conquerun-  
tur de iniusticia & ui eis illata, uolo plura super ea  
re dicere.

Et primo quidem non recipitur, quod ait pios esse in I  
terfectos, fuerunt enim impii, desertores ecclesiæ, hæc Exo. 22  
retici, potestati sublimiori inobedientes, rebelles ac se-  
ditiosi: Ideo meritas impietatis pœnas sustinuerunt, Combusti  
non patiaris maleficos uiuere super terram: Quod fuerunt im-  
autem Bucer eos pios dicit, more hæreticorum fa- pii.  
cit, nam qui hæretici unquam fuerunt, qui non uide-  
rentur sibi orthodoxi, & catholicos criminarentur  
hæreticos: Sic fecerunt Marcionitæ, sic Valentinia-  
ni, & Donatistæ se solos in ecclesia esse iactabant, Et  
Arriani nostros calumniabantur peruersores scriptu-  
rarum: Sic pios appellas tuos sectarios, & doctrinam  
eorum piam, (prætexūt hæretici pietatem, cum sint  
animarum seuissimi interfectores) Catholicos autem  
tam sæpe in farragine comiciorum tuorum dicitis im-  
pios, & catholicam nostrorum doctrinam non ueris  
impietatem uocare. At ue Isaias imprecatur iis, qui di Iſa. 3  
cunt bonum malum, et malum bonum, ponentes lucem  
tenebras, & tenebras lucem.

APOLOGIA PRO

- 11 Ad dñs episcopos noua asperitate uti cōtra istos p̄bi-  
 tuos, puta quia exuruntur & occiduntur. At quomodo  
 Deutro. 13 de nouam audes appellare? cum etiam in ueteri fuerit  
 obseruata testamento: Sic enim ait dominus, si fuerit  
 rexerit in medio tui propheta, aut qui somnium se  
 disse dicat, & prædixerit signum atque portentū, et  
 euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus & i-  
 Hæretici quamur deos alienos, quos ignoramus, et seruiamus ei-  
 comburan nō audies uerba Prophetæ illius aut somniatoris, quia  
 tur. tentat uos dominus Deus uester, ut palam fiat, utrum  
 diligatis cum, an non, in toto corde, & in tota anima  
 uestra: propheta autem ille, aut fictor somniorum in-  
 terficietur: quia locutus est, ut uerteret a domi-  
 no Deo uestro. Causa ergo interfectionis Pseudopre-  
 phetæ est, quia locutus est, ut auerteret eos a Deo.  
 Hiero. Eadem intentio & scopus est hæreticis subuertendi  
 plebem: nam sybilus hæreticorum ait B. Hiero. irre-  
 mediabiliter mentes auditorum uulnerat.
- Deutro. 17 Et Infra. Qui superbierit nolens obedire sacerdoti  
 imperio, qui eo tempore ministrat domino DEO tuo,  
 ex decreto iudicis moriatur, & auferas malum de  
 Israel: tale crimen est hæretici, erigit se contra totam  
 ecclesiam per superbiam, & non obedit summo sacer-  
 doti. Moriatur ergo decreto iudicis. Et pondera quod  
 textus dicit.
- Si difficile et ambiguū apud te iudicium esse prospice-  
 xeris & c. In ambiguo nolentem obedire sacerdoti, in-  
 bet occidi, quāto magis in re certa et explorata, sicut  
 est

est in hæresibus ante D.C. annos, ante M. ante M. & C.C. annos damnatis.

Simile postea præcepit: Propheta qui arrogantia Deut. 18 deprauatus, uoluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcipi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum Leui. 24 deorum, interficietur: Educ blasphemum extra castra, et lapidet eum omnis populus. Et cur non hæreticum, qui impietate uincit blasphemum?

III

Sed diceret Bucerus, hæc in uet. testa. sed noua sunt Obiectio- nes hæreti- in ecclesia, quæ antiquitus excommunicabat, hæreti- cos, & pro ethnicis & publicanis habebat. Et Pau- corum. lus uitandum dicit hæreticum, nõ comburendum. Pau Math. 18. Tit. 3. lus quoque denunciatur, ut subtrahamus nos ab omni fratre inordinate ambulante, dicit subtraharis, non 2. Theff. 3. occidatis. Et S. Ioannes prohibet, ne aue ei dicamus. Ro 2. Ioh. 1. manis quoque præcipit, ut declinet ab his qui dissensio nes faciunt. In quibus omnibus non discunt Episcopi cap. 17 & monachi occidere & mactare hæreticos, nec inuo care brachium sæculare contra hæreticos. Neq. prin sa pietas. cipes hac asperitate usi sunt ab initio, quis Theodosius maior decem libris auri mulctauit hæreticos, testa- tur Augustinus ad Bonifacium. In C. L. Manicheos, omnium bonorum publicatione hæreticos persequi- tur: Et Arriani in exilium pulsati sunt, testatur Tri partita & ecclesiastica historia, non autem occisi: & Augustinus noluit hæreticos occidi, & in consilio obtinuit.

III

At ei respondeo, ex eodem Augustino: Cogunt mul-  
tas



APOLOGIA PRO

Hereticorum poenae inuenire medicinas, multorum experimenta morborum: Ideo etsi mitioribus poenis tentati sint heretici, ut emendarentur: at quia experientia docuit illos, ut Ambrosius dicit, ex Enchiridias poenas non mederi huic morbo: nec ullum proficere remedium, quamdiu superstes mansit hereticus. Ideo maiori seueritate fuit opus, & haereticos per supplicium mortis auferre.

V Vnde Theodosius A. Et Valentinianus Caesar Florentio PP scripserunt. Manichei nusquam in solo Romano de heretico conueniendi morandique habeant facultate. Manicheis etiam de ciuitatibus expellendis, et ultimo supplicio tradendis &c.

L. quicumque eo. Sic Imp. Valentinianus & Marcianus sancierunt, ut ad eunt discendi studio, ut de infesta haeresi discipuli. dispendium: Vltimo autem supplicio cohercerent, qui Doctores. illicita docere praesumerent: Noli ergo dicere nouam hanc esse seueritatem in ecclesia, cum Valentinianus illa decreuerit ante Mille & centum annos.

VI Porro idem S. Augustinus contra Cresconium gram Li. 3. ca. 41. maticum fortiore adfert causam, quae frangat capitulum BV CERE, quia hanc seueritatem heretici primi inceperunt, non catholici. Nam Donatistae exercebant caedes, rapinas, incendia & caecitates in Catholicos, quos dicit peiores praedonibus et latronibus, quos armati, nocturno tempore domos clericorum & Caesariarum diripiebant, & ferro concisos abiecerunt faciunt. 19. semiuuos, calcem quoque mixto aceto aliquorum oculorum

lis infunderent. O immanitatem hæreticam. Narrat crudelitates hæreticorum in Seruum episcopum Chubur, succubere & in Maximianum Vagaion. Episcopus, de quo ait: Viuit adhuc, & plures in corpore cicatrices, quàm membra numerat: repetit de Maximiano ad Bonificacium cap. 18. Non ergo noua est ista seueritas in ecclesia, quam hæretici primi inceperunt.

Quid si Reuerendiss. D. Legatus pro sua eruditione VII  
 & Deo amabiles sacerdotes adferrent tibi responsum c. 63. Aug.  
 B. Augustini. Persecutores uestros nos dicitis, cum saluos fieri cupientes, uestraque sanari uolentes uulnera, medicinaliter persequamur: Vnde à clericis & circumcellionibus uestris, tanquam dentibus & calcibus uestris, grauitè dum uos curamus, affligimur. Hanc Hiero.  
 medicinam etiam docuit B. Hierony. Rejecandæ sunt Super Ga. 5  
 inquit, putridæ carnes, & scabiosa ouis à mulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus & pecora ardeant, aut corrumpanitur, putrescant, interioriant Et alibi: quæ est ista misericordia, uni parcere, & omnes in discrimen adducere: de hoc quoque pulchre Augu- ca. 3. Aug.  
 stinus disserit contra secundam epistolam Gaudentii, Li. 4. ca. 51  
 Hæreticorum conuersio, non mors desideratur: & contra Cresconium grammaticum euincit, Hæreticos utiliter à catholicis persequi: Non enim possunt hæretici orare ad Deum cum Dauid, Iniuste persecuti sunt me, adiuua me. quia iuste Catholici affligunt Gen. 21.  
 & persequuntur hæreticos, sicut Sara ancillam Tract. 13.  
 ÆGYP

APOLOGIA PRO

*Aegyptiā, ut Augustinus Super Ioāne pulchre inducit.*

VIII

Adhuc forte obiiciet obstinatus Bucer, quia Apostoli nec fecerint, nec docuerint ut fiat inuocatio brachii secularis: neque conueniat cum mitissima lege Euangelica, neque cum scriptis Paulinis, aut aliis sacre scripturae locis. At falleris Bucere, friuolae hae obiectiones diu per sanctos patres discussae sunt, & praecipue ab Augustino haereticorum malleo in pluribus locis: sic enim ait ad Bonifacium: Quod enim dicunt, qui

es. 13. Au.

Tempore apostolorū gladius nō seruiebat Euangelio.

contra suas impietates leges iustas nolunt, nō petiisse se à regibus terra apostolos talia, nō considerāt aliud fuisse tunc tēpus, & omnia suis temporibus agi: Quis enim tunc crediderat in Christum Imperator: qui et pro pietate, contra impietatem, leges ferendo seruiret? quando adhuc illud propheticum implebatur: quare fremuerunt gentes? Nondum autē agebatur quod

Psal. 2

in eodem psalmo dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: seruite domino in timore. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nihil ea quae contra iussu domini sunt religiosa seruitate prohibendo atque plectendo: sicut seruiuit

4. Reg. 18

Ezechias, sicut Iosias, sicut rex Niniuitarum, uniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo:

4. Reg. 22.

sicut seruiuit Darius, sicut Nabuchodonosor prohibens

Dan. 14

omnibus in Regno suo, ne blasphemarent Deum: Cum itaque nondum reges domino seruirent temporibus

Dan. 3.

apostolorum, sed adhuc meditarentur insana aduersus eum & Christum eius, non poterant tunc impietate

tates legibus prohiberi: Ergo quod non fuit petitus ab apostolis, non est onissum, quia hæretici non merebantur, sed quia gladius gentilium principū nondum seruebat Euangelio: at Constantinū baptisatum mox implorabant Catholici, cuius opera concilium Nicænum coactum est contra Arrium.

Et hoc quoque obiciunt, seuiciam in hæreticos non IX. conuenire cum sacris literis & Paulo. Sed contrarium est manifeste uerum: nam Saphira & Ananias à principio nascentis ecclesiæ propter pusillum pecuniæ morte mulctati sunt, quanto magis hæretici defraudantes animas, à successore Petri morte mulctandi sunt: quāto anima nobilior est quā pecunia. Præterea Paulus optat: Vtinam abscindantur qui uos conturbant. quod si principes tunc fuissent Christiani, sine dubio obsecuti fuissent Pauli desiderio. Et ad Corinthios scribit: In promptu habentes ulcisci omnem inobediētiā: Ro. 13. cur hoc non haberent in promptu principes, qui non sine causa gladium portant? Falsarii literarum, aut monetæ, iuste per principes morti traduntur: cur non falsarii sacrarum literarum & canonum? Ita & alia crimina puniunt, cur non sacrilegum illud scelus hæreseos? Ita arguit August. Donatistas. Cur enim cum Deo datum sit diuinitus homini liberum arbitrium, adulteriæ & sacrilegia permittantur? An fidem non seruare animam DEO, leuius est, rû c. 14. quā foeminam uir o?

Addo quod IESVS flagello eiecit nummularios Ioh. 2.

APOLOGIA PRO

- de templo: si hoc nummularis, quid modo faceret hæreticis ecclesiam uastantibus? Et Paulus ait: Terra proferens spinas ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem: huiusmodi terra est animus Hæreticorum, ex qua crescunt spinæ suffocantes uerbum Dei. Ideo consumantur in combustionem: Sic inter nouissima uerba Dauid commemorat:
- Heb. 6.** Præuaricatores quasi spinæ euellentur uniuersi, quæ non tolluntur manibus: & si quis tangere uoluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato: igneque succensæ comburentur usque ad nihilum. Quis autem magis præuaricatur, magis offendit Deum & ecclesiam, quam hæreticus?
- Mat. 13.** Quis negare potest, quin lupus arcendus sit, ne nocendus. ceat gregi: si autem tam pertinaciter inhiat ouibus rapiendis, ac deuorandis, tunc interimatur lupus: hæretici autem sunt lupi, dicente Christo: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intus uero sunt lupi rapaces: lupos illos esse hæreticos Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Beda & Bernardus testantur: de quibus & Paulus inquit: Scio quomodo intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi. tollatur ergo e medio lupus ne gregem perdat. Ita August. super Iohanne. Nullus nostrum uult aliquem hæreticum perire: sed aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absolon filius inobediens in bello esset extinctus: Sic ecclesia aliquorum perditione, cæteros colligit, dolorem materni sa-

nat cordis, tantorum liberatione populorum. Eas Bure-  
cere, & simplicibus imponas, praxim ecclesie de com-  
burendis hæreticis, non conuenire cum Paulo & sacris  
litteris.

Pugnant ex alio: quoniam hoc negotium non perti-  
neat ad Imp. & principes: ideo contra hæreticos non Inuocare  
debeat inuocari brachium sæculare. Sed neque sic pro brachium  
ficient: quoniam nemo negat, quin hæresis sit crimen sæculare,  
ecclesiasticum, quo ad forum, c. uergentis, & c. ad abo-  
lendam de hæret. Et c. ut inquisitionis eo. tit. lib. 6. Ta-  
men executio, bonorum confiscatio, poenæ inflictio  
pertinet ad principes & magistratus laycos. In c. cum  
secundum de hære. lib. 6. Et ad illam obiectionem pul-  
chre respondet Augustinus. Et quod in nobis repre-  
hendunt, ut decipiant imperitos, dicentes: Non debere  
Christianos contra inimicos Christi aliquid à Chri-  
stianis Imperatoribus postulare. Et ipsi tamen priores  
hoc fecerunt: sicut gloriati sunt Cartagine in collati-  
one (ita appellat Augustinus, quod Neochristiani col-  
loquium appellant) quod apud Imperatorem, maiores  
eorum criminaliter Cecilianum fuerint insecuti, ut  
sepe meminit alias contra Cresconium, Emeritum,  
& Petilianum.

Et quod ad Imperatorem pertineat & principes hæ-  
reticorum puniatio, egregie ostendit Augustinus con-  
tra Gaudentium, cum enim hæretici nolunt audire  
episcopos, curam hanc corrigendi hæreticos exequun-  
tur Reges per milites. Vnde August. super Ioanne,

APOLOGIA PRO

Quando uult Deus concitare potestates aduersus hereticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores ecclesiæ, aduersus exufflatores Christi, non mirentur, quia Deus concitat, ut à Sara uerberetur Agar. Mirantur autem, quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores ecclesiæ: Si non ergo mouerentur, & quomodo redderent rationem Deo de imperio suo. Intendat charitas uestra quid dicā: quia pertinet hoc ad reges sæculi Christianos, ut pacatam uelint suis temporibus habere matrem suam ecclesiā, unde spiritaliter nati sunt: at opponit Bucerilla non pertinere ad suum magistratum, sed princeps prophetis causis inseruiat: negotia fidei clero relinquat. At illam elidit Augustinus & dicit: Quis mente sobrius regibus dicat Nolite curare in regno uestro à quo tuetur, uel oppugnetur Ecclesia domini uestri: nō ad uos pertineat in regno uestro, si quis uelit esse siue religiosus siue sacrilegus, quibus dici non potest. Non pertineant ad uos in regno uestro, quis uelit pudicus esse, qui impudicus.

Et praxis hoc obtinuit, ut in Codice legimus titulis de here. & de apost. & Ne sanct. bap. reiteretur. Et heretici omnes, non solum Donatistæ, ubi eis fuit com-  
modum, auxilium Principum & Regum implorauerunt, sicut Arriani Constantium Imp. Valentem, Eudoxiam reginam, Hunericum ( alii Gensericum appellant) regem Vuandalorum, qui persecutus est Romanos (ita uocabat catholicos) Zenonem Impe. Apud

Heretici  
si combu-  
rendi.

Gastrimundum, Theodericum Gothum, Anastasium Imp. Ty-  
 Imp. Constantinum tertium, Leonem secundum, Tyberianum  
 rannico-  
 rium tertium, Philippum Imp. Leonem tertium, Con- tra tatho-  
 stantinum quintum, Leonem quartum, qui omnes ab hæ-  
 licos.  
 reticis instigati & inflammati, persecutionem moue-  
 runt catholicis in ecclesia Dei, unde innumerabiles fe-  
 cerunt martyres tyrannide sua.

Obiecerunt Donatistæ suos martyres Augustino, XI  
 Marculum de petra præcipitatum, Donatum Baga- Marty-  
 ien. in puteum missum, sicuti Lutherani Hussium, & Hie res hære-  
 ticornum,  
 ronymum Pragen. & nouiter exustos ut meminimus, ticorum,  
 & Zuinglium in bello casum. Et tanta erat Donati- martyres  
 starum insania, ut illos colerent pro Martyribus, affes diaboli.  
 rentes pro se scripturæ testimonia de persecutione: Re  
 aticum uos persecuti fuerint homines &c. Sed uere re Mat. 5.  
 spondet Augustinus. Recte ista dicerentur à uobis, Li. 2. Cõ  
 querentibus martyrum gloriam, si haberetis Marty- tra Gau-  
 rum causam. Non enim foelices, ait dominus, qui mala det. c. 12.  
 ista patiuntur, sed qui propter filium hominis patiun-  
 tur. i. Christum: Vos autem nõ propter ipsum, sed con-  
 tra ipsum patimini. Veri ergo Martyres illi sunt, qui De corre-  
 persecutionem patiuntur propter iusticiam: Non ergo etide Do-  
 qui propter iniquitatem, & propter Christianæ uni- natista-  
 tatis impiam diuisionem, sed qui propter iusticiam per rum c. 7.  
 secutionem patiuntur, hi martyres ueri sunt: hæretici  
 sicut sunt filii, ita etiam martyres diaboli.

Gerson diserte assignat, quàm diuersum sit gaudium Gerson.  
 hæretici euntis in ignem & cantantis, ac gaudiũ Chri-



APOLOGIA PRO

- stiani martyris, quia gaudium desertoris est beluinum  
 furiosum, efferum, desperatione plenum, expers dul-  
 cedinis, & spiritus uana opinione natum, & quasi ex-  
 tortum, ut uideantur fortiter agere: Non secus ac le-  
 trones, principum & ciuitatum proditores, aut hostes  
 captiui, gestientes quasi, dum sint morti proximi: Le-  
 titia autem ueri Martyris non est contumax, sed beni-  
 gna, patiens, suavis, plena spei & fiducia: quia fit spi-  
 ritu sancto autore, & dulcedinem permittente: Ita  
 apostoli ibant gaudentes à conspectu concilii: & S.  
 Act. 4. Laurētius aestimabat prunas esse rosas: & S. Andreas  
 uidens crucem cum gaudio dicebat, quia amator tuus  
 Cōtra gau semper fui, & desideravi te amplecti. Ad hominē re-  
 dentium. spondet Augustinus, quia Donatistæ sibi ipsis mortem  
 6. 19 consciuerunt, aquis, igne, & præcipitio, ut magnæ es-  
 sent memoriæ & famæ. Ideo ostendit Aug. quàm im-  
 mane crimen sit, se ipsum occidere: & tamen gregatim  
 se interficiebant Donatistæ: alii mentiebantur illos à  
 supra Ioh. Christianis occisos: Nostri autem dicunt ait Aug. quod  
 ipsi se præcipitauerunt & potestates infamauerunt.  
 Quis enim nescit hoc genus hominum in horrendis fa-  
 cinoribus inquietum, ab utilibus operibus otiosum, cru-  
 delissimum in mortibus alienis, uilissimum in suis &c.  
 Ibi c. 15 Vnde Christus non dixit, ueniet hora qua uos ipsos oc-  
 Iohānis. 16 cidetis: sed ueniet hora, quando qui uos occiderint, pu-  
 tent se facere obsequium DEO: Nunc autem uos fe-  
 stinatis ad mortem, ne à nostris teneamini: Viuere me-  
 tuitis, non occidi, quia erubescitis corrigi, aut de ue-  
 stre

stro conuinci. Ideo non iactent hæretici persecutiones  
 & mortes suorum: quia & ipse Dominus IESVS  
 cum latronibus crucifixus est: sed quos passio iunge-  
 bat, causa separabat: Non ergo impii sibi martyrium  
 arrogant, potest enim impiorum similis esse pœna,  
 sed dissimilis est martyrum causa, ait Augustinus.

Vereor ne oneri sim pio lectori: at quia nullibi fu XII  
 riosius clamant ad rudem plebem, licet parcius scri-  
 bant: Ideo uolui ineptissimos cauillos excludere: super  
 est adhuc unus uel alter, quos etiam oportet exarma-  
 re: Et primo quidem stentorea uoce clamant fidem esse Neminẽ  
 rem liberam, et neminem ad eam congendum: Sub hac cogi ad  
 speculatebant primo ciuitates Imperiales, quæ Cæsæ fidem  
 & imperio obedientiam in aliis pollicebantur, sed  
 fidem oportere esse liberam. & Diuo Felici Augusto  
 CAROLO Maiestatis Romani imperii uindici obe-  
 dire in his quæ sunt fidei, refugiant: & ubi ipsorum Ciuitates  
 quantulaquantula est potestas, quam nullam omnino imperii.  
 habent, nisi à Cæsare, in fidem, regimen ecclesiasti-  
 cum, diuina officia, in personas ecclesiasticas, contra  
 ius diuinum & humanum, contra ius pontificium &  
 imperiale, temere extendunt etiam ad sacramentorũ  
 administrationem: & imperiose iubent, minantur,  
 cogunt, & puniunt, in nummis, carceribus, exilio, se-  
 natus & officiorum destitutione, ut alio loco fusius  
 explicauimus fructus Luderanæ perfidiæ: Licet alibi sa-  
 tis exposuerim, quomodo imprudens sit uerbũ, fidem  
 esse liberam: licet enim adulto liberũ sit suscipere fidẽ

231 APOLOGIA PRO

uel non suscipere: tamen susceptam semel fidem cogendus est retinere, sicut doctores concludunt de Baptismo, etiam infantem baptisatum cogendum ad fidei Christianae obseruantiam.

**Ad Bonifacium.** **cap. 15.** Ideo contra Ludderanos exclamat Augustinus & donatistus: Vbi est, quod isti exclamare consueuerunt liberum est credere uel non credere: Cui uim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum Apostolum: agnoscant in eo prius cogentem Christum & postea docentem ( Inducit historiam act. 9. de conuersione Pauli ) Prius ferientem, & postea consolantem. Mirum autem est, quomodo ille qui poena corporis coactus ad Euangelium intrauit, plus illis omnibus laborauit in Euangelio, qui solo uerbo uocati sunt? Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent: si perditii filii coegerunt alios ut perirent? Loquor autem semper de coactione extense, ut habet communis modus loquendi, pro eo quod est minus, terroribus, poenis & torturis hominem inducere: quia absolute uoluntas nostra cogi non potest, ut in obstinato et pernicaci haeretico liquet, qui nullis cruciatibus externis a sua haeresi dimoueri potest.

**Cōpelle** **merare.** Stat ergo sententia licere Catholicis, ut urgeant haereticos minus, poenis & terroribus ad sanam fidem acceptandam: quia a Christo coactum Paulum ostendimus. Imitatur ergo ecclesia in istis cogendis dominum suum, quae prius, ut neminem cogeret expectauit, ut de fide regum atque gentium praedictio prophetica impleretur

retur. Ex hinc intelligitur apostolica sententia, parati  
 ulcisci omnem inobediētiam, cum impleta fuerit prior 2. Cor. 10.  
 obedientia uestra: Vnde & ipse dominus ad magnam  
 coenam suam prius adduci iubet comiuas, postea cogi.  
 In illis enim qui leniter primo adducti sunt, completa Luc. 14.  
 est prior obedientia: In istis autem qui compelluntur,  
 inobedientia cohercetur. Ideo pulchre concludit Au-  
 gustinus. Quapropter si potestatem quam per religio Ad Bonifa-  
 nem ac fidem regum, tempore quo debuit, diuino mu- cium c. 16.  
 nere accepit ecclesia: hi qui inueniuntur in uis & in  
 sepibus. i. hæresibus & schismatibus, coguntur intra-  
 re, non quia coguntur reprehendant, sed quo cogan-  
 tur attendant. Concludamus ergo cum eodem Augu-  
 stino. Quod autem uobis uidetur, inuitos ad ueritatem Cōtra Gau-  
 non esse cogendos, erratis nescientes scripturas, neque dentiūli. 2  
 uirtutem Dei, qui eos uolentes facit, dum coguntur in cap. 17.  
 uiti: Nunquid enim poenitentiam Niniuitæ egerunt  
 inuiti: quia hoc rege eorum compellente fecerunt?  
 Ista igitur iussione Regiæ potestatis, contra quam uo- Ion. 3.  
 luntarius sit uester occasus, multis ad salutem præsta-  
 tur occasio: qui etsi uiolenter adducuntur ad coenam  
 tanti patrisfamilias, & compelluntur intrare: intus  
 tamen inueniunt, unde se lætentur intrasse. Manife-  
 stum ergo fecimus, ut nec illa ratione Eucer possit tue-  
 ri sectarios suos, ne à sublimiori potestate plectantur,  
 ubi pertinaces in hæresi & incorrigibiles extiterint.

Non me præterit, quosdam arbitrari cum hæreticis XIII  
 agendum gladio spiritus, hoc est uerbo Dei, & ita dis-

APOLOGIA PRO

- putationibus uincēdos: Et licet hoc profit simplicibus  
 seductis à Pseudoprophetis: Et Augustinus Paulum  
 probat egregium fuisse disputatorem contra Cresco  
 Li. 1. ca. 14 nium grammaticum, & adeo ipsum Christum: Hinc  
 cap. 17. dialecticam commendat Augustinus: Tamen quia hæ  
 reticorum nostrorum eiusmodi sunt errores, quia tot  
 annis damnati sunt, ideo non conuenit saluberrime  
 Gelasius. conclusa, rursus in dubium uocari, contra Gelasium, &  
 Marcianus Maiores 24. q. 1. Videretur enim iniuria fieri Reue  
 Imp. rendissimis synodis, ait Marcianus Imp. L. nemo, C. de  
 Disputare sum. trin. & fid. catho. Adde quod hæretici non que  
 cum hæ- runt disputationem, nisi malicia inuolutam, & coram  
 reticis laycis non intelligentibus: nam ita absterrui eos dispu  
 tatione Lipsensi contra Luterum & Carlstadium, dis  
 putatione Baden. contra Zuinglium, confutatione dis  
 putationis Bernen. aduersus Bucerum & Hallerum,  
 ut deinceps non petierint disputationem, sed collo  
 quium, quod non nisi dolis & fraudibus instruunt, ut  
 in hoc Ratispon. colloquio contigisse superius môstra  
 uimus: Et in Enchiridio alia pleraque præiudicia eccla  
 siæ euenire ostendimus ex hæreticorum disputationi  
 bus: Ideo prudenter S. Paulus monuit Timotheum, No  
 Tit. 3. li uerbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad  
 subuersionem audientium. & Tito præcepit uitaret  
 stultas questiones & contentiones.
- Chryso. Chrysostomo quoque displicet disputatio cum hære  
 ticis: quia etsi uinci possunt hæretici, non tamen faten  
 tur se uictos: ideo placari nequeunt, sed multis menda  
 cis

nis & insidiis se iactant uictores : adfert Pharisæos  
 cum domino disputantes: Disputationem cum hære-  
 ticis dissuadet Origenes super Math. 22. At omnium Tertul. de  
 sumulatissime Tertullianus monet cum hæreticis non præscrip-  
 disputandum. Quid promouebis inquit, exercitatissi- hæreti-  
 me scripturarum? quum si quid defenderis, negetur corum.  
 ediuerso: si quid negaueris, defendatur: Et tu quidem  
 nihil perdes, nisi uocem in contentionem: nihil conse-  
 queris, nisi uilem de blasphematione laudem: Ille uero,  
 si quis est, cuius causa in congressum descendis scriptu-  
 rarum, ut eum dubitantem confirmes ad ueritatē, iam  
 magis ad hæreses diuerget, hoc ipso motus, quod te uio-  
 deat nihil promouisse, æquo gradu negandi & defen-  
 dendi diuersa parte statutum. Certe & pari alterca-  
 tione incertior discedet, nesciens quam hæresim iudi-  
 cet. Hæc utique & ipsi in nos habent retorquere: Ne Scripturis  
 cesse est enim illos dicere nobis potius adulteria scri- disputare.  
 pturarum, & expositionum earum mendacia inferri,  
 qui proinde sibi defendant ueritatem. Ergo nõ ad scri-  
 pturas prouocandum est, nec in iis constituendum cer-  
 tamen, quibus aut nulla, aut incerta uictoria est,  
 aut parum certa: Multa alia ad hanc rem adfert  
 Tertullianus eodem loco, quia apostolus dicat, hæ-  
 reticum hominem post unam & secundam corre-  
 ctionem deuita. post correctionem inquit, non post  
 disputationem.

Li. 13. con

Et Augustinus acute inducit illud Hieremie. Per- tra Faustū.  
 dix fouit, quæ non peperit, contra disputationem Hier. 17  
 hæ

APOLOGIA PRO

Act. 5.  
Act. 9.  
Act. 17.  
Act. 19.

hæreticorum, sed prætereo ut sim breuior. At si Bucer  
sincere disputare uoluerit, non fraudulenter: & iudi-  
cium pati, deligendorum per sacram & piissimam Im-  
perialem Maiestatem: quia Christus disputauit cum  
Pharisæis, S. Stephanus cum Alexandrinis & Cyre-  
nensibus, S. Paulus disputauit cum Græcis, cum Iudæis  
& Idololâtris, & Ephesinis: Athanasius disputauit  
cum Arrio coram probo iudice gentili. Augustinus  
cum Donatistis, Emerito, Maximino, Feliciano, Ful-  
gentio & aliis, offero me ad disputandum contra Buce-  
cerum pro honore Christi, fidei catholice apostolice

Oblatio Ec Romanæ Ecclesiæ, sub igne & pœna capitis: et si dubi  
kii contra tem de uictoria, propter certissimam regulam fidei,  
Bucerum. & ecclesiæ catholice, quam Christus non deserit, om-  
nibus malis me debitorem iam constituo. His respon-  
sum arbitror offensionem tertiam per singulos articulos.

Offensio quarta.

SParsorumore per Luteranos Ratisponæ, legatum  
Pontificium subscripsisse articulis conciliatis (Buce-  
ri iudicio) iam iam encomium ante uictoriam canebat:  
integerrimus uir legatus Se. Ap. indigne ferebat  
se approbatorem iactari errorum, quos etiam princi-  
pes Layci, qui Ro. Se. obediētiam sequuntur, ut debent,  
reiciebant: Ideo tertium edidit scriptum, iam superius  
renarratum: A quo offensus fuit Bucerus: & plus pro-  
fecto exacerbauit eum, quam uerbis exprimat.

Bucer con- Egregium autem Euclionem præstat, qui altera ma-  
tra legatū. nu fert lapidem, altera panem ostentat: Nam amplissi-  
mum

D. Legatum ueris ornat titulis (utinam ex animo fecisset, non dolo) quia uir sit certe doctissimus, & uita admodum casta: Tamen non auderet probare articulos reconciliatos, nec uellet improbare, scriptum illud fecerit: de quo dolendum sit, uirum tantum hęc pontifici iudicanda referuisse, quem nouerit, cum magna parte consistorii, longe alia curare: semper pungit scorpio: solum ut Se. Ap. à Deo contra omnes hęreses custodit & detrahat. At sincerior fuit Legatus pontificius, qui iudicium articulorum ut debuit, Domino apostolico Christi Vicario consignauit. Hęc enim est sedes, quę summum in fide iudicium (etiam si rumpatur Bucerus) semper habuit, habet, & habebit, usque ad tempora Antichristi (quę modo sub Luteranis incipiunt) dum fugiet in solitudinem: Nulla enim hęresis ibi sumpsit exordium, ait Ruffinus in Symbolo: Et S. Iulius Papa ait de illa sede, quę in futuro manebit Ruffinus sine ulla hęreticorum insultatione: Hieronymus quoque ad Damasum, apud uos solos incorrupta patrum Hiero. seruetur autoritas. Agatho inquit de Se. Ap. quę nunquam errasse probatur, nec hęreticis nouitatibus succubuit. Affirmat S. Sixtus: Ecclesia Romana, cuius sedes nullam hęresim unquam fouet: siquidem omnes hęreses destruit. Et octaua Synodus inquit, cuius immaculata est semper obseruata religio, in qua est integra & uera Christianę religionis soliditas. S. Bernardus in adulabilis pater scribit ad Innocentiũ: Oportet ad uestrum referri apostolatam, periculis quęque



## APOLOGIA PRO

Et scandala emergentia in regno DEI: ea præscriptim quæ in fide contingunt. Dignum namque arbitror, si potissimum resarciri damna fidei, ubi fides non possit sentire defectum. Hæc quippe est huius sedis prærogatiua, ut de primatu Petri euidentissime probauit.

Et dum dignus Ro. Ecclesiæ legatus hoc exequatur, apostata Bucerus absque ulla causa ei detrabit, tam impotenter, ut nulla apologia opus sit.

### Offensio quinta.

**A**rbitratur Bucus quartum Reuerendissimi D. Legati scriptum emanatum ab eo, uel iussu sponte, siue quod ab aliis nunciis apostolicis, quorum unus breui superuenerat, fuerit impulsus: Ego satis superque noui integritatem legati: noui, non ego, sed gloriosissimus Romanorum Rex Ferdinandus, Im-  
 Job. Morus perialis celsitudo, Iohannem Morum Mutinen. Episcopus nuncius ap-  
 postolicus. pum nuncium Ap. omnibus numeris uirum absolutissimum, siue eruditionem spectes, siue rerum agenda-  
 rum prudentiam, aut mansuetudinem animi, morum integritatem, castitatem ac sanctimoniam uitæ, sobrietatem ac temperantiam Episcopo honorificam. Hi profecto mille Buceris meliores, non nisi bono & piissimo animo scriptum illud confecere: De eo qui superuenit nescio quicquam dicere, quod morbo languidus, egre lectum, domum non sum egressus, nisi bis, magno meo incommodo: sed audiamus quid nasutum Bucerum in scripto illo offenderit: magnam enim sibi umbram existimat fecisse, quod nomine Concionatorum, bas ne-

mas, imò nugas, hæreses & impietates effutinit: sed per capita numeremus omnia brevissime, ut ad tribu-  
nalia fieri solet.

Doctrina Bucerana nihil aliud est q̄ doctrina Christi  
& vere catholico sensu testificata. 1

Negatur articulus ut ponitur: quia non est ista do-  
ctrina Christi, sed Hussi, wicklephi, Picardorum  
& aliorum hæreticorum, quare non est catholico,  
sed apostatico hæreticorum consensu approbata.  
Nationali concilio, si nostræ religionis controuersias, 2  
secundum uerbum domini & catholico consensu com-  
ponamus, nulla erit maior seditio timenda in aliis na-  
tionibus.

Negatur articulus ut ponitur: quia cum doctrina Concilium  
uestra sit ante mille & tot centenos annos condem nationale.  
nata in conciliis generalibus & à sanctis patribus:  
quem creditis tam stupidum & imprudentem, ut  
uobis apostatis, & uotifragis in concilio nationali  
contrarium decernentibus, assentiatur? Recte Au-  
gustinus contra Donatistas: Et ipsa concilia, quæ August.  
per singulas regiones & prouincias fiunt, plenario  
orum conciliorum authoritati, quæ fiunt ex uni-  
uerso orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedere,  
cum experimento rerum aperitur.

Pollicetur nationali concilio futurum, ut dissensiones 3  
tollantur, redeat doctrinæ puritas, sacramentorum  
sinceritas, & iustus uigor ecclesiasticæ disciplinæ

APOLOGIA PRO

restituatur, nemine contradicente, nisi qui Christo domino renunciat.

Falsissimus est articulus & mendaciorum plenus: non enim sic dissensiones tollerentur, sed maiores orirentur contentiones: cum satis superque docuerimus, Bucerii & suæ cohortis doctrinam esse impuram, Sacramentorum conspurcatricem, à disciplina Christiana & fide Catholica alienissimam: qua non restituitur ecclesiæ religio, sed omnia pessundantur & misere peruertuntur. Contradicentes eorum damnato conciliabulo, iam temerariè damnant, quasi Christo domino renunciauerint: A qua impia & hæretica sententia à lupis & proditoribus Christianæ fidei temere lata, ad plensarium & generale concilium appellamus, potentes apostolos & cætera.

4 Si existimas Episcopos & principes aliarum nationum (nam de nostris securi sumus) obstituros, quominus pii uocem audiunt pastoris: tunc eos tumultuantes contra regnum Christi, ridebit qui in cælis habitat.

Alia nationes non sequetur hæreticos. Articulus falsus et omnibus nationibus iniuriosus: Nam quod de nostris ait se securos, poterit esse de principibus aliquibus, eorum impia doctrina deceptis & seductis: hinc autem ab Augustissimo Imp. Carolo, à gloriosissimo Rege Ferdinando, & omnibus Archiepiscopis & Episcopis & principibus superius in catalogo enumeratis: nisi sic intelligas (nos

(nouos enim dicendi tropos fingitis) uos securos Principes de nostris Episcopis & principibus Bauariæ catho in fide stalicissimis, Lotharingo, Iuliacen., Baden. & aliis, biles.

quod nunquam uestræ accedent perfidiæ. Quod aliarum nationum Episcopi & principes obstant, quo minus oves simplices audiant ululatus luporum uestrorum & uulpium gannitus, non ridebit DEVS, sed immortale præmium eis retribuet, tanquam ueræ fidei piis professoribus.

Miramur, quod in hac tanta luce ueritatis, scribere uolueris, nationali concilio non posse determinari controuersias fidei.

Articulus iste acceptatur in principali, sed de luce exorta per tenebras Luderanas, negatur tanquam falsissimus: quia ab idolis extinctis non fuerunt maiores tenebræ plusquam Cimeriæ in Germania quàm modo sunt.

Quid enim cuiquam nationi negatum est? Cum Christus promiserit se interfuturum, ubi duo uel tres in nomine eius conuenerint: possumus, & nos Germani sententiam domini inuenire, in omnibus quæ ad religionem pertinent.

Articulus ille est captiosus: nam denegatum est Concilio uni nationi, ubi contrarium Christus toti promissit ecclesiæ: Christus aderit ubi duo uel tres in nomine Christi fuerint congregati: sed tantum apostatis, impiis, & desertoribus excucullatis, congre-

APOLOGIA PRO

gatis, CHRISTVS longe aberit à cœtu malignantium & impiorum: quare uos Germani schismatici, inconsutilem tunicam domini sciindentes nunquam inuenietis catholicam sententiam, nisi poenitemini: Et cum ueris & germane Germanis catholicis Principibus redeatis ad gremium ecclesiæ catholicæ,

7 Rationem adfert legatus: quia controuersia de religione cœcernunt statum uniuersalis ecclesiæ: Ideo non est unius nationis illam decidere.

8 Verissimus articulus & prudentissime per D. legatum allatus.

8 Nulla natio potest ea determinare quæ de fide controuertuntur, ut ualeat: nisi & aliæ nationes suo quoque iudicio ea dem iudicent & amplectantur.

Victus  
Bucer ex  
propriis  
uerbis.

Verissimus articulus acceptatur: sed sic Bucer excidit à causa, et Reuerendissimus legatus iicit: quoniam in nationali concilio nullo pacto potest determinari controuersia fidei, quæ uniuersalem concernit statum ecclesiæ, nisi & aliæ nationes consentiant. Iaces Bucere? quis te confodit? uerba tua.

9 Si aliæ nationes nondum audiunt uocantè dominam aut audientes nolunt sequi, debet ne nos id remorsari, quin conueniamus?

Articulus iste iniuriosus omnibus nationibus Christianitatis negatur & reicitur: quasi nemo audiat dominum, & eum sequatur in hoc uasto orbe, nisi conciliabulum ex perditis excucullatis & Nonnis, fide

fidefragis sacerdotibus impie collectum, & sedu- L. 3. con  
ctis laycis: sic collegerunt conciliabulum Donati- tra Cres  
ste in Africa, Chirtæ & Arriani decem concilia conium.  
congregarunt: quorum omnium decreta sunt Dep In Tri-  
adiuvante extincta. partito

Nihil novum volumus inferre, sed antiqua repetere, 10  
nihil nostra auctoritate statuere, sed ea amplecti quæ  
Christus statuit ab initio, & obseruarunt a postoli &  
Martyres.

Articulum istum recipimus, in quantum pro nobis  
facit: quia nihil novi inferunt, sed antiquas hære-  
ses damnatas ex cineribus reuocant, Vigilantiū, Ne-  
storii, Berengarii, Pickardi, & aliorum damnata  
memoriae seductorum: sed pro secunda parte arti-  
culum negamus, quia falsissimus est: cum Christum  
a postolos & Martyres supra ostenderimus uestris  
impietatibus maxime aduersantes, & quod contra-  
rium erroribus uestris docuerunt & obseruarunt.

Propter nullam societatem offendendus est Deus: id  
autem faceremus, si in confessis uiciis perseueraremus, 11  
propterea quod aliæ nationes horum correctionem,  
ignorantia aut cupiditate differrent.

Articulum hunc iniuriosum omnibus Christianis  
negamus. Prima enim parte apud omnes uera exi-  
stente, onerat altera omnium nationum Christianos  
ignorantia, auaricia, & neglectu doctrine necessa-  
rie: cum potius ab Aquilone pandetur omne malū:

APOLOGIA PRO

Hæresibus & impietatibus pleni, audent hæc Christianis nationibus obiicere.

- 12 Possunt Germani, simul atque aliquid in religione a-  
pud eos uiciatum est, cum nationali Synodo id sanare.

Articulus propositus negatur ut proponitur: iam  
esset uia aperta, etiam omnibus nationibus ad schie-  
smata: sed si Germani catholici hoc facerent auto-  
ritate, & consensu Se. Ap. non refragarer. An non  
sunt insigniter impudentes, qui derogant autori-  
tati conciliorum generalium, contendunt concili-  
um eorum particulare assumendum eo solo, quia  
ipsorum corrupto & peruerso iudicio pronunciant  
secundum uerbum dei, cum potius sequantur  
Albigen. Catharos, Pickardos, Vuicklephum,  
Hussum, & alios damnatæ memoriæ hæreticos.

- 13 Tam multa olim per nationalia concilia sunt constitu-  
ta in Syria, Græcia, Aphrica, Gallia, Hispania, contra  
furores Arrii, Pelagii &c.

Articulus uerus, quando constituta sunt contra  
hæreticos, & pontifice Romano approbante, ut  
magnum illud concilium Aphricæ Mileui, cui om-  
nes primates Aphricæ interfuerunt: sed tunc fuit  
ratum quando Inno. Papa illud confirmauit, ut ex  
epistolis Augustini liquet: Idem de concilio Car-  
tagin. sub Cypriano Martyre li. 1. epistola. 2. Idem  
de concilio Cartaginens. sub Aurelio primare. Et  
quæ ad pontifices Bonifaciū & Celestinum Aphri  
scripserunt. At concilia pro hæreticis, ut Arriano-  
rum,

Epistol. 93

Epistol. 91

rū, Ephesinum. II. & c. Achatii, Sergii, Titi & Ni-  
 cephorus Iconoclastarum, Photii, & Michaelis (qui  
 cum Græcis & Orientalibus, omnes episcopos lati Conciliabu  
 nos excommunicavit, quod Bucerus conatur cum la.  
 suo conciliabulo facere omnibus Episcopis Christi-  
 anitatis) & aliorum, merito sunt à Sede A postolo-  
 lica, damnata.

Alienum ab ætate & sapientia tua illud est, quod pon 14  
 tificem caput ecclesiæ & conciliorum nominas.

Articulus falsus, cum alieni ab Ecclesia & uerita- Nullum cō  
 te, pontifici auctoritatem hanc, quam iure diuino ha cilium sine  
 bet adimere conantur perfidi hæretici & schisma- Papa  
 tici. Iulius Papa ante M. & CC. annos scripsit ori-  
 entalibus Episcopis, Eusebio, Theogeni, Berinthe  
 & c. Cur nobis inconsultis, Episcopos ad synodum  
 conuocastis, Canonibus iubentibus in Nicæna Sy- Iulius Papæ  
 nodo, non debere præter sententiam Romani pon  
 tificis ullo modo concilia celebrari. Sic S. Marcellus Marcellus.  
 Papa & martyr ante Iulium scripsit. A postoli eo-  
 rumque successores domino inspirante constitue-  
 runt, ut nulla fieret Synodus præter Romanæ se-  
 dis auctoritatem: nam sine auctoritate Papæ conci-  
 lium est acephalum.

Apud quem unquam patrum legisti, Petrum aut suc- 15  
 cessores suos esse caput ecclesiæ & conciliorum? Chri-  
 stus unus & solus est caput ecclesiæ.

Articulo interrogatio respondemus: legit doctissi-  
 mus



APOLOGIA PRO

Ppa ca-  
put eccle-  
siæ.  
q. 75.

Calistus

12. dis.  
Nô licet.  
Chryf.  
Mat. 16.

Ioh. 21  
L. inter  
claras  
C. de  
sum. tri.  
Ofid. ca.

mus D. legatus apud August. de quæst. noui  
ue. test. Saluator pro se & Petro soluit didrachmas,  
pro omnibus exoluisse uidetur. quia sicut in salua-  
tore erant omnes causæ magisterii, ita & post sal-  
uatorem in Petro omnes continentur: Ipsum enim  
constituit caput eorum, ut pastor esset domini-  
gregis. & infra, Manifestum est in Petro omnes  
contineri. Legit Calixtum martyrem Benedicto  
coëpiscopo scribentem: Non decet à capite mem-  
bra dissidere, sed iuxta sacra scripturæ testimo-  
nium, omnia membra caput sequuntur: nulli ue-  
ro dubium est, quod ecclesia apostolica mater sit  
omnium ecclesiarum. & infra. & uos uolunta-  
tem matris uestræ impleatis, quæ est ecclesia, cui-  
us caput Romana existit ecclesia. Si patriarcha  
tuus Bucere, nō combussisset ius canonicum, potuis-  
ses hæc legisse in Graciano. Legit apud Chrysof.  
Petrum fuisse os apostolorum, & uerticem totius  
consortii. & infra. de Ecclesia, cuius pastor & ca-  
put piscator homo, legit eundem supra Iohanne.  
Petrus erat os apostolorum & princeps. Legit Le-  
gatus Contarenus Imp. Iustinianum, qui appellat  
Iohannem Papam caput omnium Ecclesiarum: de-  
ficeret me dies, si omnia testimonia afferre uellem.  
Eas iam funeste hæretice, & obuias piissimo D.  
Legato, Papam esse caput Ecclesiarum nullibi legi  
apud Patres. Assumis Christum esse caput eccle-  
siarum, fatemur: ita est caput omnium regum &  
po

populorum : tamen Samuel dicit ad Saul: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Et Amos, Optima res capita populorum dixit. Amos. 6

Si papa moleste laturus est, si unica & pia in nostra natione Synodus habeatur. Vide quàm male laudes eum? 16

Ad articulum respondetur ut supra. quid enim prodest hæc tautologia, idem tam sæpe inculcare, louis Corinthum : & iuxta Horatium, sicut ridiculus Cytharedus, chorda semper oberrat eadem. Papa non moleste fert piam synodum, sed conciliabulum hæreticorum schismaticum, quod non solo eo imuito, sed contra eum & Se. Ap. desertores fidei moluntur colligere.

A Roma quid nobis expectandum, disciplina eius & tergiuersatio de concilio testificantur. 17

De disciplina Romana dictum est supra, quæ incomparabiliter melior est, quàm Luterana, Piccardica, Zuingliana aut Vuicklephica. Nemo excusat pontificem, quòd differt celebrare concilium generale : gemunt super eo omnes boni : Sed in hoc stat domino suo, qui eum iudicabit. Desertores illi conqueruntur de Roma, quæ nihil male eis fecit : sinant Eckium lamentari, qui à curialibus Romæ citatur & uexatur : sed quid ista faciunt ad fidem?

Romæ  
curiales  
còtra Ec  
kium.

Postquam satis illuserat pientissimo D. Legato

271 APOLOGIA PRO

**Bucer adu- latur.** Bucerus: blanditijs uerborum hunc emollire nititur, & ex eodem ore ut Satyrus calidum & frigidum efflat, dulce ponit in amarum, et amarum in dulce: Con-  
tarenus enim dicit uirum ætate Reuerendum, erudi-  
tione maximum, uitæ quoque castitate & probitate  
suspicendum. At quæso te Bucere, animo altiori ex-  
pendas: & te, & omnem cohortem tuam nonnormum

**Côtarenus** & nonnormum, ministrorum sectarum tuarum, confer-  
melior toto cum hoc pientissimo uiro, uitam uestrâ dico plus quàm  
elero luteri Epicuream & Sybariticam, per omnem luxum, sine  
omni timore DEI, in uicijs effrenem & dissolutissi-  
simam: Hunc unum uirum, tuo etiam iudicio, oppono  
omnibus iugatis tuis, tantæ pietatis à te iactatis mys-  
tis tuis. Alia quæ in appendice adfixit Bucerus, uel  
nugæ sunt, uel iniuriæ, uel impietates: unde piget  
illas renarrare, & bonas horas male locare. Scio

**Romana ecclesia.** ROMÆ non esse profligata omnia, & prolapsa,  
quæ Christi sunt: neque aduersariâ potentiam Chri-  
sti obtinere omnia, ut Bucerus nugatur: sed bonâ spec-  
piis & sanctis superesse, multa salubriter ab hac sede  
constituenda: quæ omnium hæresum extirpatrix sue

**Math. 13.** rit: nisi ubi CHRISTVS secreto suo consilio,  
passus sit Zizaniam cum tritico succrescere, ut in Ar-  
menis, Iacobitis, Georgianis, Paulinis & alijs experi-  
entia testatur. At hæc modo de responso principum  
Catholicorum, & scriptis Legati apostolici Contra-  
remi, sufficiant.

173

RESPONSVM PROTE-  
stantium ad propositam ab Imp. Maie-  
state deliberationem, de conclu-  
sione & decreto in causa reli-  
gionis faciendo.

**Q**Uæ Imperatoria Ma. exponi fecit Principi-  
bus, Electoribus, aliisque principibus, & ordi-  
nibus de suo discessu, deinde capita, & arti-  
culos, ad faciendam a Actorum in his comitiis conclusio-  
nem, & decretum pertinentes, tum ea, ad quæ se Im-  
peratoria Maestas offert, & quæ petit, ea omnia prin-  
ceps, Elector, ac cæteri principes, & ordines qui Augu-  
stanæ confessioni adherent, præsentem, & absentium  
legati, cum summa reuerentia, & submissione audie-  
runt, & cognouerunt: aguntque cum omni subiectione  
gratias Imp. Maest. ob summam diligentiam, & labo-  
rem, quem ipsa impendit, in hoc, ut causæ religionis  
controuersæ Christiane componerentur, similiter &  
Christiana reformatio ecclesiæ impetraretur. Non  
dubitant autem Status commemorati Imperat. Maie-  
statem ex responsione pertinente ad negotium religio-  
nis, quam nudiustertius suæ Maestati obtulerunt, in-  
tellexisse; Status ipsos modis omnibus propensos esse ad  
Christianam concordiam, in qua diuinum uerbum, &  
ueritas locum habere, & Christiana ecclesiæ re-  
formati, quam & sua Maestas summe necessa-  
riam agnoscit, ad effectum perducere, ac re ipsa consti-  
tui possit.

## APOLOGIA PRO

Cæterum quia Statibus prædictis placuerunt articuli conciliati, modo intelligantur recte, & Christiane, atque a deo iuxta responsionem, quam scripto obtulerunt, adhuc eosdem articulos placere fatentur. Rogant aut suppliciter Imp. Maiestatem, quod ipsa uelit efficere, ut eiusmodi articuli pro conciliatis recipiantur, in hoc ut sint auspiciatum exordium concordie, sperant enim status deum omnipotentem gratiam suam largiturum, ut sic ueritas magis atque magis dilatari, & eo expeditius uia ad Christianam reformationem parari queat. Satis præterea intellexit Imp. Maiestas Statuum prædictorum animum ac uoluntatem, quantum ad articulos nondum conciliatos attinet, ex scripto suæ Maiestati oblato. Simul aut status humillime rogant, quod sua Maiestas recessum Augustanum, eo quod minime idoneus est ad concordiam promouendam, imò etiam cum quibusdam articulis pugnat, clementer uelit tolerare, aut saltem suspendere.

Cognoscere enim facile potest Imp. Maiestas, Augustanum recessum (si is ualere debet, atque in suo uigore manere) maximo impedimento futurum speratæ concordie in religionis causis, nec non Christianæ reformationi, communi demique paci, neque enim duo hæc simul posse consistere.

Quod uero Imp. Maiestas à Statibus petit, ut cogitare uelint, si, posito casu concilium non procederet, an tum communis imperii conuentus iterum indici debeat, in quo religionis causæ amplius tractarentur, et

ad commodum exitum perducerentur.

Quantum ad concilium attinet, probe adhuc se memores esse fatentur status suæ appellationis, protestationis, & omnium, ad quæ se obtulerunt. Nihil quoque tam ardentibus uotis expetunt, quam ut legitimum, liberum & Christianum concilium in Germania celebrari possit, in quo religionis controuersie secundum uerbum Dei excutiantur, Christiana etiã reformatio, & abusu, qui obtinuerunt, extirpatio sequi possit.

Quod uero status consentire debent in eiusmodi concilium in quo Papa, uel sui (qui protestantium statuum aduersarii summi existunt) de religione cognoscendi & iudicandi potestatem haberent, id quo minus faciãt status, iustis, firmis, & certissimis rationibus permouentur, quemadmodum eas bona ex parte exposuerunt in recusatione concilii Mantuæ indicti, ad quam rursus se referunt, humillime rogantes Imper. Maiestatem, ut istud statuum propositum necessarius, et inuicibilibus causis innixum boni consuleret uelit.

Relinquunt uero status liberum arbitrio, & consilio Imper. Maiestatis, ut si minus impetrari possit Christianum & liberum concilium in Germania, in quo scilicet agatur de religione, & reformatione Christiana, ut per alium conuentum imperii de his rebus Christiane agatur, & transigatur. Parati enim sunt status, id quod sepe numero iam testati sunt, suæ Christiane confessionis, & doctrinæ Ecclesiasticæ sufficientes causas adferre, eiusque rationem reddere.

AD-

Eckius par-  
cit princi-  
pibus.

Ro. 15

Sequitur  
articulos  
non conciliatos.

**1** **S**ed, quo adnotationem (iustiori & meliori causa) huic responso adfigerē: At quia maledici regnum dei non possidebunt, nolo nobilissimos principes & status protestantium offendere, suspiciens in eis donum a Deo datum, quia omnis potestas a Deo est: Et quia esse principes ista non habent, sed spiraculum, non uita, sed mortis, suggerit illis, quæ cum fide orthodoxa non conueniunt: Nam desertores ecclesie, apostatae, greci Epicuri prædicatores hæretici & schismatici, excellentissimos principes istos & status, Deo permittente, letali poculo alio trahunt.

**2** Nam Illustrissimis dominis & prudentibus uiris, mox obiicerem, quod articulos Conciliatos recipiunt, modo recte intelligantur. at quem intellectum ipsi receptum uolunt, Catholici principes falsum & erroneum ac a fide deuium iudicabunt, totius ecclesie Catholice ac omnium nationum Christianitatis assensu & iudicio: Vt sic nulla concordia statui possit Germanicæ hoc responso.

**3** Ideo paruam exhibent obedientiam Imperatori nostro Catholico, quod offerunt se paratos, & precantur Maiestatem suam, ut articuli reconciliati (suo & suorum arbitrio) recipiantur cum sensu & intellectu ab eis dato: in illo enim non sunt reconciliati.

Non deesset amplissimus campus uersandi, & illud, quod tam anxie petunt iustolli recessum Augustanæ

ac si diuus Augustus noster Carolus à Deo coronatus, cum tot catholicis principibus, qui suæ Maestati fidem dederunt de conseruando recessu isto, sint muliercularum more instabiles & inconstantes, modo uelint, modo nolint: sed stat sententia cum se. Ap. cum Imp. & Regia Maestate perseuerare. O quàm egregie dicebat Dux Georgius Saxo, beatæ memoriæ princeps. Nesci Dux Geor- re Neochristianos hodie, quid nam futuro anno credi- gius Saxo. turi sint.

Nec illud quoque præterirem, quod petunt concili- 5  
um celebrari generale legitimum: in quo tamen no- Concilium  
lunt pontificem uel suos habere potestatem cognoscen sine Papa.  
di & iudicandi de religione. Est quod uulgo dici solet  
contradictio in adiecto: quomodo enim erit legitimū  
sine pontifice, sine cuius autoritate nullū omnino con-  
cilium fieri poterit aut subsistere, ut paulo supra con-  
tra Buceri insolentiam paucis attigimus: Expendant  
principes, quàm nõ constet petitio eorum: Supplicant  
pro legitimo concilio, & mox uolunt ordiri illud cum  
iniuria alterius, s. Romani pontificis: cum omnis pote-  
stas sit à Deo, & sit ordinata, quærat suos Pseudopro Ro. 13  
phetas & seductores, ubi ab eo tempore, quo concilia  
publice cœperunt celebrari, unquam fuerit concilium  
habitum & reputatum esse concilium, non interue-  
niente Summo pontifice, aut eius autoritate: prodeant  
isti Sinones, Verpi, circumcelliones, seductores, an non In prædi-  
as loquentium iniqua obstruam, quia os eorum locutum cantes.  
est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Psal. 43

At



EXAMEN RESPONSIONIS

At de his omnibus in praesentia nihil agam, excellentissimis principibus ac honorabilibus statibus protestantium, more Buciano, nullam uolo mouere molestiam: Ita affixam fecem nihili facio Buceri, qui desertor, apostata, schismaticus, excommunicatus & ab ecclesia praecisus sine suffragio populi aeditatem inuit, magister uult esse Episcoporum, deformatissimus ipse uult alios reformare & in ordinem redigere, Huiusquam optaret esse Episcopus, propudium istud Acherontis pabulum. Non meminit Astaphii Plautinae: Qui alterum incusat probri, seipsum intueri oportet. ut sunt ad hoc uulgares loci ecclesiae Bucii.

At quia principes Illustrissimi ac magnifici statuum protestantium, in illo responso Caesareae Maiestati dato, se remiserunt ad aliud eorum responsum in scripto oblatum suae celsitudini: quod sit illud, me fugit: nisi illud denotauerint, quod Bucerus ab initio farraginis suae post articulos protestantium sub nomine Melancthonis, posuit praefatorum principum ac statuum nomine. Lubens & hoc responsum personatum praeterirem ob honorem principum: zelus tamen fidei me cogit, ut breues adnotatiunculas adiiciam, propter atuleos Buceri admixtos: Et illud quidem facturus sum amore ueritatis & fidei catholicae, sine cuiusque iniuria.

Queritur Bucer irrepsisse in ecclesiam multos abusus, doctrinam Euangelii obscuratam, haec mala confir-

mata temporibus, nunc titulum habere consuetudinis ecclesiasticæ.

Nemo negat abusus esse, fuisse, & futuros esse in ecclesia, cum saluator noster dixerit: Ve mundo à se an- Math. 18.  
 dalis: necesse est enim ut scandala ueniant: Et apostolus inquit, oportet hæreses esse. Verum quos Bucer ta-  
 ri hic notat abusus, negamus esse abusus: sed sunt ne-  
 cultus dei ab apostolis & martyribus ecclesiæ tra-  
 diti: nec est alia natio iam in orbe Christiano quæ ma-  
 gis obscurat doctrinam Euangelii, quàm Ludderani  
 & Zuingliani: Et Recte quidem catholici iactant ti-  
 tulum consuetudinis ecclesiæ, contra nouitios Pighar-  
 dos, & nuper natos intra 23. annos Luderanos: Eccle Ioh. 14  
 sia enim habet promissionem à Christo, quòd uelit mit-  
 tere paraletum, qui eam doceat omnem ueritatem: ne-  
 scit tarda molimina spiritus sancti gratia: non præsto Math. 23  
 latus est Hussum, Vuklephum, Bucerum, Hofandrum  
 antea erudit ecclesiam, & hodie erudit: & Christus  
 pollicitus est se mansurum cum ecclesia usq; ad cõsumma-  
 tionem sæculi: Vnde iuste cum sanctis cõciliis, martyri 1. Cor. 11  
 bus, ac patrib. allegare consuetudinẽ possimus in riti-  
 bus ecclesiæ. (loci sunt uidgati, breuitatis studio nõ de-  
 duco) Paulus etiam à consuetudine argumẽtabatur ne Iud. 11.  
 gatiue: Iephthe quoq; Galaadites tuebatur se cõtra fili-  
 os Amon, possessione longi tẽporis in terra Esebon: cur  
 non fortis quisq; pugnat or ecclesiæ, possessionem lon-  
 gissimi temporis, Mille annorum & plurium, pro de-  
 fensione rituum ac ceremoniarum in ecclesia tueretur?

## RESPONSVM

Vnde non debent dici uiciosæ istæ consuetudines, nisi à spuris ecclesiæ, neque aduersantur uerbo DE I, sed adiuuantur.

2 Meminit scriptor articulorum reconciliatorum: sed desiderat maiorem explicationem, ne breuitas aut ambiguitas pariat noua certamina: nam articulos de gratia Christi & iusticia fidei intelligimus, sicut in confessione Saxonica & apologia traduntur.

E De his articulis diximus in adnotationibus libri propositi: de fide iustificante articulus, quomodo in apologia explicatur, alienus est à sacris literis, conciliis & patribus: Imò Luterus ipse eum improbat. De quo plura in responsione ad Croperum.

3 In controuersis nondum diremptis, adfert autor articulos per protestantes oblatos, quos dicit esse ueros.

E Dicit quidem, sed non probat, etiam nec probabit usq. ad magnum annum Platonis: quin contra euidentissime illos improbati superius: prodeat Goliath Lutheranus, Bucerus: plures adseruauit mihi lapides lapidissimos, quos in frontem eius iaciam.

4 In Ecclesia & principes & doctores sæpe humano iudicio, ait autor, quæsierunt moderationes, quæ abduxerunt homines à puritate DE I: exempla adfert de Augustino disputante de gratia, de Paulo quando loquitur de fide iustificante: uterq. horridius uisus loqui: interpretationes quæsitæ: sed hæc ueram uocem Euangelii obruerunt.

Negamus uel Paulum uel Augustinū horride in præ-  
fatis articulis locutos: uere & catholice scripserunt:  
& in eo uero sensu ab ecclesia expositi, nihil obscuri-  
tatis, sed plurimum lucis attulerunt.

Adiecit de satisfactione autor, sed quantum aber-  
ret, & toto ut aiunt cælo, supra euidentissime euici-  
mus: unde uane iactat autor, suos moderatos esse con-  
trouersias ad normam uerbi Dei, & ecclesiæ apostoli-  
cæ probata testimonia: Contrarium fuit efficaciter  
probatum & ostensum, moderationes illas adhibitas  
ad amussim Vuiklephicam & Hussicam, contra aper-  
tissima ecclesiæ apostolicæ testimonia.

Bucer uult persuadere Cæsareæ Ma. ne agre ferat &  
librum propositum à sua Maestate non ubique rece-  
ptum. quia. 1. Foueat cultus uiciosos, ut de inuocatione  
sanctorum. 2. Alioquin facerent contra conscientias,  
cum ueris testimoniis sint ita persuasi. 3. Confirma-  
rent errores etiam apud posteros: & asperitas eorum,  
qui abusus defendunt roboraretur. 4. Vinculum inii-  
ceretur Ecclesiæ dicendo, generalia concilia non posse  
errare. 5. Sauciarentur ecclesiæ eorum, quæ eos incre-  
parent, tanquam corruptores puritatis Euangelicæ.  
His tantis causis mouemur, ne de articulis reprehensis  
mutemus iudicium.

Spetiosa sunt ista uerbis phalerata: sed ut lupus de E-  
philomena inquit, Vox est, aliud nihil. 1. Nam impie  
dicit uiciosum esse cultum diuorum inuocationem, ut  
liquido probauimus. 2. Non ueris testimoniis sunt per-  
suase

EXAMEN ADDITIONIS

suasi, sed corruptis interpretationibus scripturæ & cauillis sophisticis decepti: deponant ergo conscientias erroneas iuxta doctrinam Gersonis. 3. Non confirmarent posteros, sed reuocarent ab errore: quos alioquin habebunt hæresum hæredes in æternā damnationem.

4. Nullum uinculū, nisi ueritatis iniicitur per concilia generalia legitime congregata, quæ non possunt errare in his quæ sunt fidei. Exemplum quod adfert de clementina Pastoralis de sen. & reiud. non pertinet ad fidem, sed ad iudicium: quid enim ad religionem facit, siue Henricus Imp. Lucelburgius, siue Robertus Valensius, fuerit Rex Siciliae. 5. Hæc ratio potissime uos mouet, non uultis uideri errasse coram uestris. Et mea quidem sententia, non deberetis hic offendi: cum alioquin sitis tā instabiles in uestris doctrinis, ut quod heri placuit, hodie displicet. Si Bucer cupit aliquos locos, ego in gratiam sui, totum catalogum ei propinabo. Nolle aut mutare iudicium in erroribus, est pertinacia, quæ facit hæreticum. Vide Lector quàm falso hæc Bucerus catholicis imposuit principibus.

Luderani  
in fide in  
stabile.

6 Agitur de gloria Dei, de luce Euangelii, de communi ecclesiæ necessitate, de salute animarum, in ecclesijs nostris & alibi.

7 Verum, & ideo articuli Protestantium reiecti, quæ imminuunt cultum dei & patriam, obscurant Euangelium Pickardicis glossis: ideo necessarium est pro utilitate Ecclesiæ, ut hæreses extirpetur: de salute tot animarum agitur, quæ erroribus corruptæ extra archam,

dilutio hæresis & schismatis pereunt in ecclesia malignantium.

Cum de his rebus conscientie nostræ teneantur, Ma  
iestas uestra hanc excusatione admittat, tot animab.  
parcat sanguine Christi redemptis, sanctificatis spi  
ritu sancto, institutis pia disciplina: nec credat aduer  
sariis, ecclesias nostras calumniis deformantibus.

Si conscientie uestræ tenentur his rebus, fit per erro  
rem, quem deponatis: uolunt parci ecclesiis suis paucis: E  
& ipsi non parcent infinitis ecclesiis per orbem Chri  
stianum. Et quia animæ sunt redemptæ sanguine Chri  
sti, Cæsaris deo amantissimi est curare, ne per hæreses  
captiuæ iugo diaboli, in orcum tradantur (ut conque  
ratur de eis Christus, quæ utilitas in sanguine meo) Psal. 29.  
& spiritum sanctum, quem in baptismo acceperunt, Sap. 2.  
perfidia amittant. Spiritus enim sanctus disciplinæ ef  
fugiet fictum: cum perfida, impia, & ab ecclesia catho  
lica aliena disciplina instituuntur, imò seducuntur à  
pseudopredicatoribus: nec opus est accusatione aduer  
sariorum: cum errores & peccata uestra sicut Sodoma  
predicaueritis.

Non dubitamus doctrinam nostram esse consensum 8  
Ecclesiæ catholicæ, qui traditus est in prophetici &  
apostolici scriptis, & patribus.

Audacia temeraria, cū à tota ecclesia separamini, ia  
Etare consensum ecclesiæ esse apud uos: ut hoc supra re  
probauimus & aperte falsissimū: quomodo consensum  
ecclesiæ hic statuunt super scriptis, cū ipsi firmitatem

EXAMEN ADDITIONIS

Lutherani uel raiciant extra canonē, contra ecclesiæ consensum, scripturam ut libros Thobiæ, Iudith, Esdræ, Machabeorum, Sapientiam, Ieremiam, Ecclesiasticum, Baruch, multa capitula Danielis, Epistolam ad Hebræos, S. Iacobi, secundam epistolam Petri, & apocalypsim. si ergo sint alii, qui temeritatem uestram sequantur, ac libros aliquos repudiant, ut olim Samaritani synagogæ fecerunt, prophetas negando, & Manichei totum uetus testamentum reiecerunt. Et Græci fermentarii tres Euangelistas à lobanne correctos dixerunt: sicut hodie Suriani & Armeni, ac Georgiani nō omnes libros canonicos recipiunt, nihil erit solidi & firmi.

Adhibitis concionatoribus, iussimus eos annotare, quæ pii non grauatim addent: sunt enim explanationes & declarationes necessariae.

Audiamus & iudicemus, an nō olfaciant ollam, uisum Crambe bis posita, mors est.

Additio. i. In cōciliatis Artic. annotata aut omiſſa. ultra librū & articulos oblatos protestāt. **A**rticulus. i. De libertate uoluntatis (non curo succenturias sectariorum) Catholicum est, neminē etiam renatum posse in hac uita legi Dei satisfacere, nisi per gratiā dei assistentē & adiuuantē.

- 2 Expediret taxari opinionem de merito congrui.  
E Minime gentium, cum sic taxaretur magisterium spiritus sancti, illud in sacris literis affirmantis, ut patet de Cornelio, de Achab humiliato, de Niniuitis, & quod sapiens ait: Impius facit opus instabile, semināte

autem iusticiam merces fidelis: Alioquin labor peccatorum redeuntium esset inanis in domino. Mirum quod congrui. Meritum  
negant meritum congrui, cum fidem etiam mortuam A ct. 10  
magnificent. 3. Reg. 21

Reiciantur somnia posse legem fieri sine gratia, quo 3  
ad substantiam actuum. E

Gerson hoc declarat, & adeo uerum est, ut mirer quo Gerson.  
modo aliquis utens ratione, possit contradicere: Nam Implere  
peccator potest honorare parentes, potest pauperi & præcepta  
egenti dare elemosynam, potest iustam ferre sententiam, ut Traianus,  
potest fidem præstitam seruare ut stantiam  
M. Regulus, potest se cohibere ab adulterio, ueluti Za actus.

leucus Locren. & c. qui legem etiam diuinam faciunt Rom. 2  
sed secundum substantiam actuum: & irrefragabili-  
ter astipulatur Paulus: Cum enim gentes, quæ legem  
non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt. Non  
autem faciunt quo ad intentionem præipientis, quia  
non merentur uitam æternam, faciunt ergo quo ad  
substantiam actus.

De peccato originis libro uolunt addi. Viciu repugnans legi Dei. 4

Si intelligit per inclinationem, nõ est onerosa illa ad E  
ditio Catholicis: quia & Paulus, Video aliam legem Rom. 7  
in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, s. per  
inclinationem. si autem subdole ex hoc niteretur infer-  
re concupiscentiam esse peccatum in renatis: negamus  
tanquam Euangelio, prophetis & Paulo aduersum, ut  
Vnormacie eucii in colloquio.



EXAMEN ADDITIONIS

§ Exponit porro, quid intelligat per fidem efficacem.

**E** Exponat, uariet, sanctorum patrum locutionem  
**Gal. 5.** mutet, nunquam catholicis persuadebit, fidem iustificare, nisi sit fides uiua: nunquam autem uiuit, nisi operetur per dilectionem, ut respondendo ad Croperum dicturi sumus.

Errat itaque cum dicit fidem esse motum, quia est uirtus & habitus, non motus, licet postea suas motiones & inclinationes habeat, ut reliquæ uirtutes.

In hac urbe editæ sunt propositiones, damnantes aperte sententiam nostram, quæ est uox Euangelii, & affirmant sola charitate esse nos deo acceptos.

**E** Recte fecit autor propositionum, quia tempore colloquii euulgatæ sunt propositiones uestre, solam fidem iustificare, in deprauatissimo & hæretico sensu, & emeratores uestri cum iniuria operum extulerunt fidem sine operibus, in angulis prædicantes: Ideo malo nodo malus erat quærendus cuneus. Nam falsa illa intelligentia de fide, quam multis annis cum maximo scandalo docuistis, non ex Euangelio est, sed à sathana contra Christum & Paulum: ut & Luterus fatetur, est scandalosiss. Ideo merito Casar Clementiss. in recessu Augustano hunc errorem reiecit.

**Nô in omni opere peccare iustum.** Appendix est falsa, quia sic iustus in omni bono opere peccaret, quod Leo pont. fe. re. damnauit. Et baptizamus non deleret omnia peccata contra apostolicas & euangelicas scripturas. Millies responsum est ad illud **Psa. 142.** Dauidis. **Nô iustificabitur in cōspectu tuo omnis uiuēs:**

legat quæ calumniis Hosandri opposui. Iudica me domine secundum iusticiam meam, & secundum innocentiam meam super me. Et iterum. Iudica me secundum iusticiam tuam domine deus meus: & non supergaudeant mihi. Et Iob audacior inquit: Dicam DEO, noli me condemnare, indica mihi cur me ita indices? Et Infra. Utinam sic iudicaretur uir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Dauid inquit. Iudica me domine, quomodo ego in innocentia mea ingressus sum. & iterum Dauid, Exaudi domine iusticiam meam, intende deprecationem meam: Deus tu tuum iudicium meum prodeat: Probasti cor meum &c. & non est inuenta in me iniquitas. Et retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia custodiui uias domini, nec impie gessi à Deo meo. Et ero immaculatus cum eo &c. quæ loca alium ab aduersariis citatum interpretantur. Hunc nodum dissolui in disputatione Lipsica ante 22. annos. Ludæa ni uero tanto tempore, nec uerbulum respondissent, neque poterunt.

Quoniam in sanctis manent peccata, discretio fiat peccatorum: quia sunt quibus non amittitur gratia, alia sunt quæ expellant gratiam. Hinc discant pii fidei non solum esse noticiam dogmatum, sed fiduciam misericordie promissæ propter Christum: quæ peccata remittuntur: discunt fidem non esse in peccantibus contra conscientiam.

EXAMEN ADDITIONIS

**E** Omnia eodem ueneno sunt tincta. Si non scorpionem  
 ut aiunt, sub lapide occuleret, loqueretur usitato et in  
 ecclesia recepto modo loquendi: peccata aliqua sunt  
 mortalia, quæ gratiam excludunt: alia uero uenialia,  
 quæ gratiâ compatiuntur, hæc essent plana & aperta.  
 Fidem esse fiduciam est falsum, quia fidei est crede-  
 re, ipsius spei est fidere. Obtusus error est, quod ad eo  
 prædicant fidem, cum impudenti iactantis: et nesciunt

Ludderani quid sit fides, de quo, aut ubi sit. Hoc est in chimeris  
 nesciunt quod tenebris uersari ac populum decipere. Non enim affe-  
 rit fides. runt fidem, nisi de Christo: Ergo articuli de Deo pa-  
 Fides man- tre & spiritus sancto nõ pertinent ad fidem. Totum est  
 ca Lutera- quod clamant, & uociferantur usque ad rauim, fidem  
 norum. in promissionem CHRISTI remittere peccata. At  
 quid faciunt alii articuli de incarnatione filii, passio-  
 ne, morte, sepultura, resurrectione, ascensione, & ad-  
 uentu ad futurum iudicium, fides item in ecclesiam ca-  
 tholicam, sanctorum communionem, carnis resurrectionem,  
 & uitam æternam? Quid quæso remittunt illi  
 articuli crediti? Quis non condoleat tantæ cæcitati,  
 quæ nec Chorebo uerisimilis apparere posset? At oc-  
 culto sit Dei iudicio, ut in hos manifestos errores sinat  
 homines prudentiæ suæ innitentes, præcipitari.

**8** Adhuc ringit nasum Bucer, quod ecclesia, magnæ  
 domus dicitur in libro: at de hoc in annotationibus  
 supra: Ringat super Dauide: Confitebor tibi in ec-  
 clesia magna. Et quod in Machabæis legitur, conuenit  
 ecclesia magna.

Psal. 34.

1 Mach. 5.

Dis

Discedens ab ecclesia est hæreticus: at antithesim ad 9  
dendam censet autor. Iuste ab his discedi, qui doctri-  
nam falsam defendunt.

Sed non uidet autor: hoc esse omnium hæreticorum E  
latibulum: nam Fratricelli, Pickardi, Cathari, Para-  
baptistæ causantur se iuste discedere ab ecclesia, quia  
in ea falsa doctrina defendatur. Hæc uox est omnium  
hæreticorum. Et supra euidenter obtinimus non esse  
pios, propter hæreses iuste interfectos: quos tamē hic  
autor innocentes appellat. Verum ut Augustinus in- August.  
quit, falso se innocentes nominant, qui ecclesiam Dei  
multiformiter suis erroribus scindere nituntur. Vana  
ergo & inanis est autoris iactatio, non debere suis  
ecclesiis obici discessionem: quia ibi luceat doctrina  
Euangelii: Verius diceret, omnem piam, sanam, &  
Euangelicam doctrinam apud eas obscuratam, tot Pic-  
kardicis, Vuiclephicis, Turelimpinis, Pepucianis  
tenebris offusis.

Pompa uerborum rhetoricatur autor: quia morte 10  
nostra concordiam piam, ait redimere uellemus: sed ec  
clesiæ nostræ condemnatione pontificis & episcopo- pro fide  
rum asperitate, expulsi sunt à reliquo cœtu. mortuus.

Ecclesia non petit mortem peccatoris: uiui potestis, li. 8. ca. 9.  
depositis erroribus, concordiam facere, reuocando hæ E  
reses, in quibus tot annis obsordiuistis. Mori uobis non  
plus prodesset, quàm Nouato hæretico: qui persecu-  
tione Valeriani, Socrate in Tripartita referente,  
apud Phryges martyrio confectus, martyrum tamen

EXAMEN ADDITIONIS

aurzolam, ob haresim, non est consecutus. Facetur au-  
thor ecclesias suas expulsas reliquo coetu Ecclesie: cur  
ergo agere ferebat Melancton Vuormaciae, cum dixe-  
ram, uos à nobis exiisse.

11 Lamentatur autor uinculum charitatis rumpi in ei-  
quia pontifices & Episcopi trucidant nostros.

E De hoc supra diximus, iure, iuste, & secundum apo-  
stolicum desyderium in desertores ecclesie et fidei, hoc  
facere possint: Imò plures peccauerunt parcendo here-

Non par-  
cendum.  
hereticis.  
peccauit, & à regno proiectus est, quia pepercit Agag  
regi Amelechitarum. Et quia Achab diuisit Benadab

1. Reg. 15 Syrum, dixit ei Deus per prophetam: Quia dimisisti ui-  
3. Reg. 20 rum dignum morte, de manu tua: erit anima tua, pro

Num. 31 anima eius: Sic Moyses indignatus tribunis & centuri-  
omibus, quòd foeminabus Madianitis pepercissent: Cur  
inquit foeminas reseruastis? nonne istae sunt, quae dece-  
perunt filios Israel? Ergo mulieres quae nouerunt ui-  
ros, iugulate. Quare etiam hereticis non parcendum,  
qui decipiunt filios ecclesie suis prauis erroribus &  
corruptis doctrinis: Cum Madianitis foeminabus no-  
luit parcere mitissimus.

12 Enumeratio peccatorum, & satisfactio, sunt ritus ab  
hominibus excogitati.

E Improbando articulos Protestantium supra perspicue  
probauimus contrarium.

13 Autor confirmat sententiam de efficacia sacramento-  
rum, contra suum patriarcham Luderum, imò etià con-

tra Bucium, qui negat sacramenta esse media gratiæ: Super Eua-  
sed sit figmentum, & quæ super ædificantur sint de ly geliis.  
ramenta: at forte iam palinodiam cecinit.

Diffiniendo sacramentum esse signum infallibile gra 14  
tia, unctio & confirmatio non sunt sacramenta, sed  
ritus.

Hui quid audio, Bucer clamor lauro inuectus est E  
in catholicos principes acerbissime, quia noluerunt re-  
cipere articulos conciliatos: Et hic autor sub nomine Luderani  
principum suorum expresse recusat duos articulos per contra li-  
omnes collocutores admissos. At duo ista sacramenta, brum Cæ-  
quæ fatetur Ecclesia Catholica, astruxi breuibus in saris.  
Enchiridio, sed pluribus in Homiliis de septem sacra-  
mentis, secundum Ecclesiam catholicam: unde nihil nos  
morantur muscæ Egyptiæ.

Quæ adfert autor de diuitiis Episcoporum Germaniæ 15  
satis inuidiosæ (quomā & in Gallia, ubi sex ex eis sunt In diuitias  
pares regni, in Hispania, in Anglia, & maxime in Hun Episcoporum  
garia ante uastationem Turcicam, fuerunt diuites) ro-  
gat q. ut consideretur, quāta detrimēta ecclesiæ, quan-  
tæ clades, ex opulentiā Imperiis Pontificū & Episco-  
porum secuti sunt. Nō didicit ex Plauto, qui inuidēt  
egent, quibus inuidetur rem habent. Hic est obuia uia  
concordiæ, ut non esset opus Bucerum mori uel Melan. Consilium  
pro farcienda concordia. Si ecclesiastici omnes crede-  
rent bonis: atque Luderanis darent dominis, princi- dia.  
patus, ciuitates, arces, oppida, syluas, Theolonia, cen-  
sus & redditus: iam esset P A X confecta: non diu  
dispu

## EXAMEN ADDITIONIS

disputaretur super articulis reconciliatis, uel irreccon-  
 ciliatis: At nemo bonus dicet, res sacra consilium. Mi-  
 ror sæpe & in faciem obuiçio laycis uociferantibus con-  
 tra opes episcoporum, ut sunt insigniter stulti: nam  
 primo intueantur aulam totam episcopi: uix inuenient  
 unum uel alterum clericum: sed sunt Comites, Barones,  
 nobiles, layci: quod Episcopi Italiae, Galliae, & Angliae  
 non faciunt. Clamate ergo, etiam furiose contra opes  
 episcoporum, uos layci, quære quis deuorat has opes, ni-  
 si uos layci, & Deus faxit, ne sitis Lutherani, uel hostes  
 Ecclesiae. Porro si principatus iste non pertineret ad  
 Episcopum, nõne proprium esset habiturus principem  
 per conscientias uestras & mille experientias obte-  
 stor, an non mitior sit in nobilitatem & subditos prin-  
 ceptus episcopus, quàm princeps haeres domini esset futu-  
 rus? Expergiscimini, expendite, quæ dico: ne consilium  
 consultori sit pessimum.

16 Totam formam ueteris ecclesiae mutauerunt opes &  
 Primus rex regia dominatio Episcoporum: quæ causa fuit magna  
 sacerdos. caliginis.

Psal. 98 Non uideo hoc iuste tribui ecclesiasticis diuitiis: nam  
 4. Reg. 12. primũ regem inspice in sacris literis, & inuenies Mol-  
 L. 1. ep. 2 chisedech, Moyses dux populi Israelitici sacerdos fuit:  
 L. 5. ep. 10 Samuel iudex fuit, & sacerdos, aut saltem inter eos  
 L. 6. ep. 23 qui inuocabant nomen domini. Commixte quoque con-  
 nubis erant tribus regia & Leuitica, ut de Ioiada li-  
 quet: de Machabeis, qui fuerunt Leuitae: & Aristo-  
 bolus imposuit sibi diadema regium: licet aliqui hoc Hir-

caso imputent: liquet quoque ex registro B. Gregorii eum habuisse patrimonium Sancti Petri in Sicilia, in Narbonen. Gallia, in Ethruria, in Campania &c. Et tamen fuit uir doctissimus, & cultus diuini obseruantissimus. Multos alios enumerare possem, quibus diuinitate non fuerunt impedimento, sed adiuuabant ecclesiasticam dignitatem & religionem.

Quod de pastoribus, prædicatoribus, scholis adfixit, 17 respondimus in superioribus.

Quæ Bucer corruptissima uita deformatus, scripsit de reformandis moribus ecclesiæ ac abusibus tollendis, nolo in stateram appendere, ob causas superius assignatas.

De supplicatione D. D. Pflugii & Groperi, contra Eckium, mansueta Eckij defensio.

**A**dfixit Bucer homo pacis impatiens, sartor factorque malorum farragini conuiciorum, supplicatione quandam per egregios dominos Iulium Pflug, & Ioh. Groperum, Illustrissimo Principi Frederico Comiti Palatino ac Bauariæ duci, & Illust. D. Nicolao Pernoti Domino à Gramuella (Bucero ita narrante) oblatam: Ego qui noui dolos Buceri, & Nulla fra- ad eius maledicta occallui, malim credere ab eo consi- terna admo- tum, ad lites excitandas, quàm quod quicquã huius- nitio præ- modi à uiris istis spectabilibus sit profectum, sine fra- cessit. terna monitione præuia: nam sic abii Ratisponæ satis tarde, ob aduersam ualetudinem. 30. Iulii, quod nec uerbum super eo à quoquam intellexi, aut audiui, usque dum



GROPERVS CONTRA.

dum farraginē Butii impressam in manus accepi. Ideo non est mentis meae quicquam acerbius in dominos illos dicere, nisi quod Bucer fingit illos esse accusatores meos: quod si in publicum prodierint, & tales se exhibeant, quales pingit Bucerus, respondebo honeste, ut debet. uerum meliora mihi de his grauibus uiris polliceor, ne teriam uicinia non uulgariter mihi iunctis: Nam se etiam nata esset supplicatio, prouenisset à malo impulsori.

**Ironia.**

Primo dispiciamus quibus splendidis titulis Bucer ornatus Eckium: nam inter suggestores me recenset principum qui noluerunt acceptare articulos conciliatos: Idonee, qui ter febre correptus, Aurigine laesus, proxima dispositione ad Hydropisim timidus, qui tot simptumans nunquam aedes exire potis eram, cucurri per aulas principum, & eis suggesti, ne acceptarent articulos pro conciliatis eis uenditos. Audi Bucere, qui apertus est Eckius: affirmat palam, si sanus fuisset, &

**Eckius apertus.**

Cesarem Carolum à Deo coronatum & omnes principes Catholicos monuisset, ut cauerent à dolis suis et sycophantiis: quia concordiam quæris non uerâ, sed in speciem & fucatam: quod in te uehementer improbat Melancthon, longe in hoc te melior. Et quibus susceptionibus id fecissem, superius ex annotationibus libri, ex examine articulorum tuorum, ex defensione principum catholicorum, ac pientissimi legati pontificii, non obscure intelligis. Quod si in arenam contra me descenderis, tunc primum fortem exercitum ac panopliam aduersus te producam, & ueteris legionis milites.

Bucerus hos titulo me decorat, Eckii inquit ueteris  
 nostri oppugnatore, et hominis his uirtutibus, quæ con-  
 ueniunt Romanensis disciplinæ defensori, admodum  
 nobilis. E. Profiteor ingenue, me sicut catholicum ec-  
 clesiæ obedientem filium, domini autem nostri Chri-  
 sti indignum seruum & sacerdotem, oppugnasse, op-  
 pugnaræ, & oppugnaturum esse, dum spiritus hos re-  
 xerit artus, errores, deliquia, & lapsus uestros: Sicut  
 simili ferme sententia scripsit ad me potentissimus ac  
 uictoriosissimus princeps D. Sigismundus REX Po- S. Rex po-  
 loniæ ac magnus dux Lithuanie. Restitimus, resisti- loniæ.  
 mus, & resistemus conatibus illorum, quo ad uixeri-  
 mus diuine nomine aspirante.

Nec me mouet, quod inuidiose me traducis defenso- Eckius Ro-  
 rem Romanæ disciplinæ, qui minimum membrum sum manifesta in  
 sanctæ Romanæ ecclesiæ: tamen cum B. Hieronymo uitis Lu-  
 clamo humiliter ad Ro. pontificem. Cathedram Petri deranis ad  
 & fidem apostolico ore laudatam, censui consulendâ: Damasum  
 profligato à sobole mala patrimonio, apud uos solos papam.  
 incorrupta patrum seruatur hæreditas. & inf. Ego  
 nullum primum nisi Christum sequens, beatitudinis  
 tue consortior: super illam ædificatam ecclesiam scio,  
 quicumq; extra hanc domum agnum comederit pro-  
 phanus est. & in alia epistola. Ego interim clamito, &  
 quis cathedræ Petri iungitur, meus est: at ab ecclesiâ  
 malignantium me prohibebo, iuxta iussum Moysi: Re- Num. 16.  
 cedite à tabernaculis hominum impiorum: et nolite tange-  
 re, quæ ad eos pertinet: ne inuoluamini peccatis eorum.

GROPERVS CONTRA.

3  
 Eekius nū Imp. designatum ad colloquium, & interfuisse collo-  
 quam pro quo usque ad articulum de Eucharistia: ista sunt ue-  
 bauit librū ra, fateor: at mox subiicit de suo: Nihil fuisse concii-  
 liatum in libro, quod non mea quoque sententia com-  
 probatum sit: in hoc uehementer errat, quod mihi li-  
 ber displiceret, nec reticui sentētiam animi mei: Nam  
 hoc ipsum prius dixeram Illustri domino à Granuel-  
 la, & filio eius Reuerendissimo Episcopo Atrebaten-  
 dixi Melanchtoni, cui etiam processus libri displicuit:  
 quare hoc retuli ad Illustrissimum principem Fæderi-  
 cum, suggerens expeditius fore, si secundum ordinem  
 confessionis Saxonicæ, Augustæ oblatæ, procedere-  
 mus, ex causis per me allegatis, iam iam enumerandis:  
 Cur liber Non displicuit Illustrissimæ D. suæ mea propositio:  
 repudian- dixit tamē se locuturū super ea re Melanchtoni: qui  
 dus. respondit, placere sibi ordinem confessionis & Apolo-  
 gie: at tamen quia Imp. proposuerit hūc librū, non lice-  
 re à iussu suæ Maiestatis recedere. Causæ per me mo-  
 tæ erant: quia liber esset talis, qui nō per omnia posset  
 recipi à catholicis, multo minus à protestantibus: Sen-  
 cundo inseruisset plerosque articulos nō controuersos,  
 quos controuertere adferret dispendium temporis, cū  
 magno fastidio Illustrissimorū principū & statuum  
 Romani Imperii: qui præstolarentur finem colloqui-  
 nostri, magnis impensis, & iactura tot dierum, quæ se-  
 stinarent redire ad prouincias suas: Tertio quia arti-  
 culis in se ueris, aliquādo declarationes essent adiectæ  
 mi

minus receptæ, immo repudiandæ. Quod autem Bucere nō ueretur de suo expuere, nihil esse in libro conciliatum, quod non sit à me comprobatum: Noli Bucere iniuriam facere <sup>ἀλλήθως</sup>, qui nosti Eckium non tam <sup>†</sup> ueritati. malæ memoriæ (cum uestri mihi soleant eruditionem detrabere, sed memoriam permittere) ut actorum sit oblitus. Primum Art. I. Libri recepi, explanationē nō. Quos artis Art. II. probaui, licet neuus magnus sit in declaratio culos non ne. Art. III. probaui, at declarationē minime. Art. IIII. probaui probaui iuxta Vuormacien. concordiam: declaratio nō Eckius, fuit prælecta: sicut iam edito libro, concordia Vuormacien. non est substituta. Art. V. probaui: at declarationem multis nominibus dixi reiiciendam, quæ etiā à diuersariis non fuit recepta, sed alia declaratio post longam uelitationem supposita, quam etsi à modo loquendi catholicorum dissidentem perspicirem: nolui tamen contēdere uerbis, dum aduersarii sane interpretarentur, uerba quæ mihi suspecta uidebantur: At quod in calce adiectum fuit de sola fide: adeo nō probaui, ut improbare maxime, his tribus causis. 1. quia scriptura nō utitur illa uocula Sola: & Luderam semper Sola fides clamant se nihil recepturos, quod non è scripturis sacris proferatur. 2. quia Augustæ Luderam cesserunt cum illa uoce, qua de cætero deberēt abstinere. 3. quia Luter dixit ex huiusmodi prædicationem multa nasci scandala, & homines fieri carnaliter securos. 4. Memor es Bucere, quod tibi scriptum tuum obieci: Nam utcunque insanas super Mattheo, fide sola nos iustifi-

GROPERVS CONTRA.

uari & saluari sine operibus: quo mūdus tā opere effenditur: at Super Psalms rectius sentis, eos improbens, qui fide sibi placentes, nullis bonis operibus incumbant: diuus Iacobus & patrū non pauci, præcipue uero inter hos Chrysostomus, sola fide nos iustificari, pie & recte negarūt: sed de fide intellexerūt, quæ bonorū operū sterilis sit, eoque mortua, ut iam nec fides sit.

Itaque etiam si consutus dolis, in omne malum te obfirmaueris, nunquam euinces me consensisse, ut sola fides iustificet: plura scio de actis, quæ non attinet in presentia dicere: at ubi res ex postulat, abunde speriam.

4. Ex stomacho suo subdit, tamen ubi uidit requiri operam suam ad impediendum, ne Conciliati articuli reciperentur, in ipsum consilium principum misit hoc testimonium.

Verum

Neque placuit, neque placet liber iste insulsus, neque placebit, in quo tot errores & uicia deprehendi, unde iudico, sicut semper iudicaui, eum à Catholicis non recipiendum: qui relicto modo loquendi ecclesiæ, Melanchtonizat.

Verum

Et idem ego Eckius non consensi, neque uidi librum Cæsareæ Maiestati oblatum: sed solum prælecti mihi fuerūt articuli Ludderanorum: multo minus consensi in scripturam quandam, quæ dicitur Imp. oblata cum libro, quam nunquam uidi.

Eckius subscripsit.

**F**ateor me requisitū à principe, cui nihil nō debet in causa religionis: ut dum per paraximos nihil possit

possem scribere: misit ad me denuo, ut dictarem, quod feci, & magister missus ex ore meo excepit: & egre subnotauit. Eckius ssc. non quod Bucius adnotauit, Eckius scripsit. Memor sum plures fuisse articulos, at maiorem partem Bucerus in gratiam meam, ut est homo pius & misericors, omisit: ego nõ nisi in senatũ, neq; sciuĩ scriptũ esse missum. At si princeps meus catholicissimus misit, ratum & gratum habeo inuito Bucero. Et hoc mihi imponit Bucer, cum uideret inquit librũ non uti formis loquendi scholasticis, sed scripturæ & sanctorum patrum, statim initio colloquii, quã fastidiret ac contemneret hunc librũ, haud obscure præ se tulit. Egregie, ut omnia, scilicet Bucerice. Audi apostata, nõ utitur Eckius forma loquendi scripturæ & patrum: Cur ei non respondetis ad scripta sua de primatu Petri, de poenitentia, de sacrificio missæ, de purgatorio, Comentarìa psalmodiũ. i. & 20. & Aggei propheta, ad tot Homilias de tẽpore, sanctis, sacramentis, decalogo: Cur non ad alia multa quæ edidi contra disputationẽ Bern. quæ disputauĩ Lipsiæ, quæ Bada, confutationẽ item ordinationis Brandeburgen. Solus ille indoctus profiliit Grammaticus Hofander, quem tamen non indocte excepi, nec inhumaniter, ut merebatur. Scio quòd Vuittebergii iactaret ante congressum Lipsensem, Eckius erit impar Carlstadio et Luddero: quia allegabit suum Sootum, Ockam, Thomam & c. at contra illi proferent Augustinũ, Hieronymum, Cyprianũ. Sed quid dixit ad me catholicus et immortalis

## RESPONSIO

**Geor. Saxo** memoria dignus Dux Georgius Saxo. Video & uos af-  
ferre ecclesiasticos doctores & scripturas, et pertinen-  
tius, quam aduersarios uestros: qui iactabāt antea, nos  
sophistam, & quod sanctos doctores non legeritis. Bu-  
cere, oblitus es ne ueteris prouerbii, ut Hieron. inquit,  
Mendaces memores esse oportere: Primo iactasti, quo-  
modo librū hunc (profecto non probandum) cōproba-  
uerim: iam adfers me illum contempsisse ac fastidisse.

Post finem colloquii, ei à collegiis suis rursus cogno-  
scenda, presentata sunt, quæ ut conciliata, etiam Imp.  
offerebantur, & eius assensu Imp. exhibita sunt. Forte  
autumat Bucius infirmitate excidisse memoriam acto-  
rum. fateor uenisse collegas meos, & mihi languenti  
in lecto prælegisse articulos Ludderanorum, & nescia  
quæ alia: dum autem grauiter laborarem, & uix ter-  
tiam partem caperem eorum quæ legebātur à D. Gro-  
perio: & ipsi uidentes plus gemitibus intentum, quam  
ad Eckium eorum petitioni, ultro obtulerunt se redituros, quod  
sicut pro- fuit mihi gratissimum. Verum qua causa impediti, non  
misit. redierint, ignoro: Nam die meliori (ut medici præsti-  
tuunt) potuissē librum, & articulos & omnia per-  
legisse, pro ea quæ in me est, legendi celeritate. Impu-  
tet ergo Bucius negligentibus & non redeuntibus, se  
quid neglectum est, non languenti Eckio. Quod sub-  
nectit excucullatus apostata, uane & impudenter me  
scripsisse articulos de libro supra memoratos, ut ua-  
num & impudens Buceri iudicium dimitto: malo age-  
re cum amicis.

## AD SUPPLICATIONEM CLA

riff. D. D. Iulii Pflug & Io. Gropperi, ope  
ra Buceri in gratiam Eckij publicatam  
eiusdem Eckij amica responsio.

**C**onfictam hanc esse suspicor supplicationem: cum  
non sit boni uiri proximum nihil huiusmodi co-  
gitantem, maxime collegam, sine admonitione  
pœnia, traducere, & innocentem accusare: minus hoc  
facturi sunt uiri optimi: at quia maledicentia Buceri,  
qui gaudet litibus, hæc prodierunt, necesse est nõ ne-  
gligere famam, sed respondere, omni tamen modestia:  
quoniã non est mihi animus lædendi collegas: & quod  
adhuc nesciam, an supplicatio illa sit collegarum aut  
Buceri: nam si collegæ me nihil huiusmodi merentem,  
theonino dente arroderent, sensuri essent & ipsum Ec-  
kium non edentulum.

1. Queruntur se grauem calumniã passos, quod scri-  
pto suo in senatum sacri imperii transmissio, testatus sit  
Eckius, librum exhibitum neque placuisse, neque placi-  
turum, ob tot errores deprehensos. Quem etiam nullis  
rationibus additis damnarim.

Amici, quæ adfertis in librum dixi, non nego, at cur  
hæc in personas uestras recipiatis, nisi essetis autores  
libri, nescio: librum reiicio, non uos collegas meos: ne-  
que nisi in senatum imperii.

2. Audiui eum in singulos articulos censuras con-  
sarcinasse, ubi astruat librum nullius esse momenti ad  
componendas religionis discordias: Et hæc dicitis me



## RESPONSIO

febricitantem impetu animi effudisse.

Amici, quæ præpropere Illustrissimis & vere catholicis (ut tota nouit Germania) Principibus meis scriptis ut intelligentiam articulorum haberent, non dissi-  
cor: Et iam hoc libro in publicum orbi trado, adeo non me poenitet facti. At quid hæc ad uos, de libro, qui non est uester. Non autem impetu effudi, sed pro zelo in ecclesiam & fidem catholicam, & pro mea in principes meos obseruatione: nam ob id mihi largiuntur stipendia, ut quoties ueteris religionis ac fidei catholice negotium occurrat, eis inseruiam. Hoc sciant omnes desertores fidei, etsi mea sponte Se. Ap. & fidem catholicam defendere paratus sim, tamē etiā ab optimis principibus ad hoc conductum: ut non mirentur, cur strenui militis indefessam operam præstem.

3. Euicit Eckius, ut Illustrissimi principes Bauriæ, & per hos alii, in hanc sententiam adducti sint, ut uelint hæc eadem à Cæsarea Maiestate approbata.

Amici, Puer iste aliam habet matrem, ut prouerbialiter dicitur: Non existimate, me ista non intelligere (si saltem uos estis supplicantes) quia non à uobis prodierunt: sed quispiam ægre tulit, Catholicos principes noluisse acquiescere consiliis male institutis: hinc illæ la chrymæ: & hanc fabam in Eckium cudunt: belle. quicquid desipiunt Reges, plectuntur Achiui. Vt cunque amici, non mihi hoc arrogo, principes per me adductos quorum nullum per ægritudinem potui alloqui: sed ut prudenter, circumspecte ac catholice agerent, & fran-  
gerent

gerent dolos Simonis istius Buceri, Deus fecit, & Spiritus sanctus cui curæ est apostolica ecclesia, eis hoc inspiravit. Tenetis: Credite.

At modo Collegæ mei incipiunt rhetoricari, & argute quidem.

4. Si priuato consilio in hoc negotium essemus permoti: Si liber ab Imp. oblati (nō à nobis profectus) non fuisset cū Eckio prælectus: Si nō fuisset à summis uiris ante colloquium comprobatus: si nō Eckius maximam illam libri partem, & quæ concordata sunt, sana, non tantum uoce, sed partim scripturæ suæ testimonio recepisset, haberet, quod prætexeret: festiuissime ista.

A amici, Liber iste fuit prælectus uobis duobus prælectoribus, & confestim à me improbatus: Si essem tam suspicax, non deesset, quod diuinarer: at in fine ubi fuit mutatus liber, & Imper. Maiestati præsentatus, nec à me uisus est, minus lectus: Cuperem audire nomina, qui sint illi summi uiri, qui probauerunt hunc librum: Didimus sum, non credo omni spiritui: nam de eis hodie dico, quod supra memini, me Illust. D. à Græuella respondisse. Quod iactatis me recepisse illa concordata. Respondeo cum cæco illuminato: Dixi uobis iam & audiistis: quid iterum uultis audire? Si clausus essem carcere, errores illos non comprobarem: quanto minus comprobauim in libris comitiis. Exhibete scripturam, estote fortes, & Eckium conuincite syngrapha, ad Græcas scilicet Calendas.

Non metuumus Eckium ullum fucum uobis facere posse

## RESPONSIO

posse, superioribus expensis: at si Eckiana persuasio ob-  
 timuerit, & uos in grauem suspicionem adducimini:  
 qui Cæsarem non in tempore monuistis.

Amici Rhetorismi facite finem: nõ me traducatis  
 & odiosum faciatis principibus uiris, ob sinistra, uanã  
 & friuolam suspicionem. Volo & ego clementiss. Imp.  
 nostrum Carolum Deo amantiss. adhibere fidem ma-  
 gnis illis uiris: at neuter credo arrogabit sibi, in arti-  
 culis fidei maiorem noticiam, quàm habeant Theologi  
 omnium nationum, ad quos se remittit Eckius.

6 Gratias agunt Deo, quod dominationes eorum au-  
 diuerunt Eckium sua uoce, nobiscum approbare, omnia  
 conciliata. Gratia Deo, quod Eckii manus apud nos  
 est, eum approbasse articulum iustificationis, iuxta sen-  
 tentiam, quam liber ab Imp. oblatus amplectitur: Et  
 author fuit, ut expuncto illo articulo, qui copiosior  
 erat in libro, macrior ille sit substitutus.

Amici. Quam prodigi estis agendo gratias Deo, ubi  
 non oportet: sancta est diui Pauli instructio: Semper  
 1. Thess. 5. gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias  
 agite: hæc est enim uoluntas Dei in Christo Iesu in  
 omnibus uobis. Iactantia uestra inanis est, ne durius di-  
 cam, me falsa & erronea approbasse. De syngrapha  
 iam dixi, proferant si quid habent, iterum dico pro-  
 ferte, alioquin Eckius & totus mundus aliud iudica-  
 bit. Sed bene res agitur: ulcus non stratur, in articulo  
 iustificationis Hoc primo dixerim, nihil indocti uoto  
 libro me audisse, quàm istius articuli declarationem.

Amici negatis adhuc? existimate Eckium tam memorem, ut illius deliquia puerilis, & sophistica possit proferre, quodcumq; eum urgebitis. Cordato cuiq; viro hoc confirmo signo, male explicatum articulum in libro, quod hic alium substituerunt articulum, gemino repudiato: At si hunc librum Cæsar adprobavit, cur temere in contemptum Maiestatis suæ, articulum propria autoritate reiecistis.

Aut si ego probavi articulum iustificationis & in libro quomodo accusatis me fuisse autorem expungendi articulum, puta quia cum leone cõgregatis uulpes.

Amici additis articulum fuisse copiosorem repudiatum, macriore substituto: quis uobis credat, ut hanc permutatione feceritis? Glauci, s. & Diomedis, uelut Iustinianus Imp. in prohemio pandectarum illius Homericæ meminit, ut additus sit ieiuniosior.

Amici dicitis me approbasse articulum libri de iustificatione, fateor: at quod declarationem inutilem prohem mancam, mutilam, infantile, nec Dea Fides mihi persuadebit. Amici, dicitis articulum macriorem per me substitutum, uos fallit memoria. Ergo ne Eckius relicto ecclesiastico modo loquendi erit simia, Luderum, Bucerum, & Apologiam imitabitur: & permittet speluncæ hæreticorum, sola fide nos iustificari. Absit hoc, & Deum precor, ne unquam patiatur me in has cadere insanias.

At Lectorem alloquar. Cum declaratio libri super articulo iustificationis legeretur, nec tamé aduersariū  
re-

RESPONSIO

respondere possent ad sophismata (sicut dixi Melanchtoni, quid dares, ut à parte tua essem, & meros illos & uillos detegerem) nec etiam cedere uellent: & duo colloquia inaniter perderemus cum iactura tēporis: Ego Coryceus auscultabam, quorsum ista pertinerent: tandem fastidio impatiens, alloquebar collegas. Sinte librum, quia maior est disputatio de accessoris, quàm de principali: Et ita proposui, in re sunt quatuor, quæ utrimque asserimus:

Peccatum. Fides. Charitas. Opera.

1

2

3

4

In re conuenimus: at in uerbis, & cui debeat iustificatio, discordamus: Nam in primo gradu, quando est peccator, nemo dicit eum iustificari: at in secundo gradu, quando ille credit sibi remitti propter Christum: hic uos dicitis hunc peccatorem iustificari, nos contra dicimus, hunc habere uiam ad iustificationem, sed nondum iustificari, nisi adueniente charitate, dicente Ioh. Qui non diligit, manet in morte. Ergo cum in secundo gradu, nondum diligit Deum, adhuc est in morte peccati mortalis. Dispeream si illa unica inductio non sit succosior, quàm multiloquētia sophistica libri, & etiā quàm sit illa recens suppositicia & macra declaratio, cuius me patronum (si diis placeret) libenter facerem: tantum abest à uero, ut hunc articulum, uel conperim, uel substituerim, addidi præterea, quia sola in sacris scripturis non legatur. Paulus fidem dicit nihil esse sine charitate ad Corinthios, factores legis laudat

1. Iob. 3

Ro

Romanis, fidem quæ per dilectionem operatur cõmen-  
dat ad Gala. Iacobus A post. mortuam dicit fidem sine  
operibus: Iohannes & ipse apostolus eum dicit mane-  
re in morte, qui nõ diligit. Contra tot Heroes, imò con-  
tra spiritum sanctum Eckius consentiet aduersarius,  
solam fidẽ iustificare? Absit. Es memor Gropere, quid  
mibi obieceris corã Reucrendiss. D. Legato: ego mode-  
stiam pollicitus sum & seruabo: quod si redieris, hæc  
audies & plura.

Optant ut tantum meriti essent apud Illustrissimos  
Bauariæ principes & adsentientes, quod prius auditi  
essent de conciliatis articulis, anteq̃ damnarentur.

Amici, cur non reddidistis rationẽ Catholicis princi-  
pibus super articulis, qui falso iactantur reconciliati:  
uel adhuc proferte, & humanissimos ac Christianiss.  
& summa pietate principes experiemini: Et si meis  
satis feceritis motus, nõ sum pertinax: libenter cedo,  
dum meliora uidero: at præstare non potestis.

Rogant Illustrissimum Principem, ac Illustrem Do-  
minum, ut eos ab iniqua iudicent calumnia: iniurias  
patienter scimus ferendas, sed crudelis hominis est  
negligere famam.

Amici, cur frustra doletis, pueris flentibus dicere so-  
lemus, quis tibi abstulit panẽ, iniustus à iustis impetra-  
re non decet: fingitis nescio quas calumnias & inu-  
rias: sistite, & expendite, uultis ne Eckium calumnia-  
torem dicere? prodibit iureconsultus & uos faciet  
penitere maledicentiæ: Etiam si uera essent omnia,  
quo

que fingitis: an eo quia à uobis dissentio, ideo uobis cal-  
 lumniam infero? Ideo uos iniuria afficio? ex quo iure  
 civili uel canonico has illepidas inferetis consequētias  
 Nolo aceto aspergere dicta, memor promissæ mode-  
 stiæ: alioqui dicturus, hic homo olet malo suo, & quod  
 subdolos præstigiator Bucius, pomū hoc discordiæ in-  
 ter nos iecit, ut suas fraudes latius propagare posset.  
 Ego arbitror uos ueteri esse in Eckium animo, hoc est  
 amico & beneuolo: eundem stabilem & firmum apud  
 eum inuenietis, expēdite eum consentanea fidei catho-  
 licæ dixisse & probasse: sed exotica obelo iugulasse, ut  
 debuit. Oremus Deum mutui ter, ut Cyprianus Corne-  
 lio Papæ se commendabat.

**ILLVSTRIBVS, ET**  
 Excellentiss. Dominis, D. Nicolao Perno-  
 ti à Granuella Magistro Scriniij libellorum  
 sacrarūq; constitutionū ac Imperialis sigil-  
 li custodi: Et D. Ludouico, Dño Prati su-  
 premo Imperiali Cubiculario, Patronis  
 suis pientissimis obsequia offert paratiss.

**E** Didit Bucerus Proceres Illustres acta  
 Comitiorum Ratisponen. sublesta fide:  
 & in his egregie aliquando adulatur;  
 ubique autem simulat religionem & pi-  
 etatem, quam nunquam præstat, neq; præstare inten-  
 dit, sed omnis quæ Christianismi sunt temerare præ-  
 sumit: At diuus Paulus nos ab hac impia simulatione  
 præ

præmonat, dum Corinthiis scriberet: Ipse enim factus est angelus lucis: non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur, uelut ministri iusticiæ, quorum finis erit super opera eorum: Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli transfigurantes se in apostolos Christi: qualis præ cæteris est Bucerus patriarchas suos imitans Arrium, Eutycen, Pickardum, Hussum & similes monstra: nam in ipsa primitiua ecclesia martyrum huiusmodi simulatione falebant simplices: ut docte Cyprian. monuit prælatos, Cypri. de loquens de diabolo & filius eius hæreticis: Qui secum — simplicitate — dū apostoli uocem transfigurant se uelut angelum lucis, et te prælatos ministros suos subornat, uelut ministros iusticiæ, afferunt. rentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub uocabulo Christi: ut dum uerisimilia metiuntur, ueritatem subtilitate frustrentur, cum pluribus aliis que sequuntur de primatu S. Petri, & unitate Ecclesiæ: Quæ sancti Martyris uerba, si quis conferat cum epistola Buceri ad T. Illustr. dominationem Ludouice, mox agnoscet eum suis coloribus depictum: Et accurate hunc dolum hæreticorum Bernardus expressit. Hi Bern. supr. sunt inquit, qui ueniunt in uestimentis ouium, ad nudandam Cant. Math. 7. dandas oues, ad spoliandos arietes, intus autem sunt lupi rapaces. hi sunt oues habitu, uulpes astu, actu & crudelitate lupi. Mali sunt, & uideri boni uolunt, mali uideri timent, ne parum sint mali. Etenim minus semper malicia palam nocuit: nec unquam bonus, nisi boni si-



121  
simulatione deceptus fuit: neque enim est apud eos uirtutes colere, sed uicia colorare, quasi quodam uirtutum Minio: Recte monuit B. Gregorius peculiare esse hæreticis, ut simulata humilitate fideles decipiant. At ne incauti catholici fucis uerborum & simulatione impia seducantur, detraxi lupo rapacissimo ouium uestem, & asino Cumano pellem leoniam, ut ad uertenti non facile imponat, ut cunque iactitet regnum Christi, instaurationem ecclesiæ, sacramentorum puritatem, ministrorum ecclesiæ pietatem: antiquum est prouerbium, plures Thyrsiferos, paucos est cernere Bachos. Simulat pietatem, ut serat impiam suam doctrinam & sacrilegam: at adeo in sole posui eiu dolos & fallacias, ut catholicus quisque illas uitare ualeat: & ei insultare, & dicere sicut Septiciano. Decipies alios uerbis uultuq; benigno: nam mihi iam notus dissimulator eris.

Cum uero uos Illustres domini diuo Imper. nostro CAROLO. V. à DEO coronato, in hoc sacro fidei negotio consiliis uestris astiteritis, & per uigili diligentia impense laboraueritis: si in religione & fide pax et concordia statui potuisset in Germania: si aduersari non pertinacius in semel conceptis erroribus obriguissent: qua propter & uestris excellentissimis dominationibus uolui nostras apologias & adnotationes communicare, ut certius ualeatis Nestoreo uestro officio apud gloriosissimum Cæsarem satisfacere, & ipse uestigia piissimorum Imperatorum sequens.

Con

Constantini magni, Valentiniani, Gratiani, Theodosii  
 maioris, Theodosii iunioris, Marciani, Iustini, Iustinia-  
 ni, Caroli magni, & aliorum Imper. & Regum catho-  
 licorū fidei integritatē conseruet, ecclesiam defendat,  
 & extirpatis ac extinctis hæresibus, ueram religionē  
 triumphare faciat. Ego me Illustribus Dominationi-  
 bus uestris catholicis commendo. Valete Ingoldstadii.  
 18. Decembris, Anno salutis sequimillesimo. 41.

Illustrium D. V.

deditissimus

Io. Eckius.

SOLI DEO GLORIA.

Cur reformatio Bucerica indigna sit, qua repudi-  
 ando bonas horas male locemus, non semel superius in  
 libro assignauimus: exclamaret contra eum Menede-  
 mus Terentianus. Dii uestram fidem, ita comparatam  
 esse hominum naturam omnium, aliena ut melius ui-  
 deant & iudicent, quàm sua. At ualeat suffenus, qui  
 non uidet manticæ, quod in tergo est.

Ingoldstadij .viij. Decembr. xxx. scilicet  
 die postquam incepta est apologia pro  
 Catholicis principib. Paulo .III.  
 Pontifice, & Carolo .V. Imp.  
 Pio, Fœlice, Aug. orbi Chri-  
 stiano præsidentib.

